EOS

COMMENTARII SOCIETATIS PHILOLOGAE POLONORUM

1
[41]

EDITOR

GEORGIUS KOWALSKI

Volumen XLI 1940—1946
Fasciculus I, 1.

VRATISLAVIAE 1946
EDITUM AUXILIO MINISTERII INSTRUCTIONIS

Commentarii eduntur administrantur:

Wrocław, ul. Szewska 49
Instytut Filologii Klasycznej
Uniwersytet.

F 4510. Drukarnia Uniwersytecka, Wrocław, ul. Ogrodowa 19

EOS

COMMENTARII
SOCIETATIS PHILOLOGAE
POLONORUM

EDITOR
GEORGIUS KOWALSKI

Volumen XLI 1940—1946
Fasciculus I, 1.

VRATISLAVIAE 1946
EDITUM AUXILIO MINISTERII INSTRUCTIONIS

Commentarii eduntur administrantur:

Wrocław, ul. Szewska 49
Instytut Filologii Klasycznej
Uniwersytet.



Kz. 2810/41.1
1940-46

1090 c 1952.

F 4510. Drukarnia Uniwersytecka, Wrocław, ul. Ogrodowa 19.

THADDAEUS ZIELIŃSKI

PHILOLOGIAE CLASSICAE
IN UNIVERSITATE VARSOVIENSI PROFESSOR EM.

INGENII
VIX IN SINGULA SAECULA CADENTIS
ET DOCTRINAE
CUNCTIS NUMERIS ORATORIIS EXPLETAE
MONUMENTA SESCENTA RELIQUIT.

MAERORE ET TAEDIO EXSILII
VARSOVIAE EXPUGNATIONEM CONSECUTI
CONFECTUS EST A. MCMXLIV.

LUDOVICUS ĆWIKLIŃSKI

PHILOLOGIAE CLASSICAE
IN UNIVERSITATE IOANNEA CASIMIRIANA LEOPOLIENSI
TUM IN POSNANIENSI PROFESSOR EM.

SOCIETATEM PHILOLOGAM POLONORUM
CONDIDIT A. MDCCCXCIII
EIUSQUE COMMENTARIOS Q. I. *EOS*
EDERE PRIMUS INSTITUIT.

IN CAMPO CONCLAMATORUM A GERMANIS
COMPARATO CONIUGE EXSTINCTA
IPSE INDE AEGRE SALVUS DIMISSUS
IN DOMO PAUPERUM SENEX ILLUSTRISSIMUS
ANIMAM EFFLAVIT A. MCMXLII.

LEO STERNBACH

PHILOLOGIAE CLASSICAE
IN UNIVERSITATE IAGELLONICA CRACOVIENSI
PROFESSOR EM.

LITTERARUM GRAECARUM LATEBRAS
PERSCRUTATUS

IN CARNIFICINA SACHSENHAUSEN
VITAM AMISIT A. MCMXL.

CASIMIRUS ZAKRZEWSKI

HISTORIAE BYZANTINAE
IN UNIVERSITATE VARSOVIENSI PROFESSOR

IN VINCULA A GERMANIS CONIECTUS
ET TRUCIDATUS EST A. MCMXLI.

STANISLAUS SMOLKA

PAPYROLOGIAE
IN UNIVERSITATE IOANNEA CASIMIRIANA LEOPOLIENSI
PROFESSORIS TITULO ORNATUS

EX INOPIA POST MUNUS ADEMPTUM
AEGRITUDINE CONTRACTA
DECESSIT A. MCMXLIII.

CASIMIRUS JARECKI

PHILOLOGIAE ROMANICAE
IN UNIVERSITATE IOANNEA CASIMIRIANA LEOPOLIENSI
PROFESSORIS TITULO ORNATUS

LATINITATI MEDII AEVI STUDIIS SE DEDIT.

DEFUNCTUS EST A. MCMXXXIX.

ZDZISLAUS ZMIGRYDER-KONOPKA

HISTORIAE ANTIQUAE
IN UNIVERSITATE VARSOVIENSI
DOCENDAE VENIA PRAEDITUS

MORBO E MILITIAE LABORIBUS
GRAVIORI FACTO
SUCCUBUIT A. MCMXXXIX.

MARIANUS AUERBACH

PHILOLOGIAE CLASSICAE
IN UNIVERSITATE IOANNEA CASIMIRIANA LEOPOLIENSI
DOCENDAE VENIA PRAEDITUS

TRUCIDATUS EST A GERMANIS A. MCMXLI.

IOANNES SMEREKA

PHILOLOGIAE CLASSICAE
IN UNIVERSITATE IOANNEA CASIMIRIANA LEOPOLIENSI
DOCENDAE VENIA PRAEDITUS

VIOLENTO PULMONUM MALO
CONSUMPTUS EST A. MCMXLIII.

IOSEPHUS BIRKENMAJER

HISTORIAE LITTERARUM POLONICARUM
IN UNIVERSITATE CATHOLICA LUBLINENSI
PROFESSOR

LITTERARUM ANTIQUARUM ET NOSTRATIUM
COMMERCIA CUM PRAETERITA EXPLICANDI
TUM NOVA EXERCENDI STUDIO ACCENSUS
PARI FELICITATE IN UTRAQUE PROVINCIA
VERSATUS EST.

IN OBSIDIONE VARSOVIAE PERIIT
A. MCMXXXIX.

VINCENTIUS ŚMIAŁEK

SOCIETATIS PHILOLOGAE
IN PROVINCIA LEOPOLIENSI OLIM PRAESES

LITTERARUM ROMANARUM AMOREM
SCRIPTIS TESTATUS EST.

SENIO EMORTUUS EST A. MCMXLIII.

VINCENTIUS OGRODZIŃSKI

SOCIETATIS PHILOLOGAE IN PROVINCIA SILESIA
PRAESES DIUTURNUS

STUDIA HUMANIORA
MULTIFARIAM PROMOVIT.

MORTEM PLACIDAM OBIIT A. MCMXLV.

LADISLAUS CHODACZEK
ADOLPHUS BEDNAROWSKI

IN UNIVERSITATE IOANNEA CASIMIRIANA LEOPOLIENSI
PHILOLOGIAE CLASSICAE LECTORES

VARIIS SCRIPTIS ANTIQUITATEM FOVERUNT.

DE VITA DECESSERUNT A. MCMXLIV.

AEMILIUS URICH

IN UNIVERSITATE IOANNEA CASIMIRIANA LEOPOLIENSI
PHILOLOGIAE CLASSICAE LECTOR

TRUCIDATUS EST A GERMANIS A. MCMXLII.

CAROLUS DĄBROWSKI
RUDOLPHUS SZERĘKOWSKI

IN MINISTERIO
PHILOLOGIAE CLASSICAE INSTRUCTORES

STANISLAUS PILCH

PHILOLOGIAE CLASSICAE
IN GYMNASIO LEOPOLIENSI IV PROFESSOR

MANUALIBUS ALIISQUE SCRIPTIS EDITIS
BENE DE STUDIIS NOSTRIS MERUERUNT.

MORTUI SUNT
AA. MCMXXXIX MCMXLIV MCMXLV.

EDMUNDUS SKARBIŃSKI

GYMNASII RECTOR SOCIETATI PHILOLOGAE
IN PROVINCIA LEOPOLIENSI AB EPISTULIS

OBIIT A. MCMXL.

FANNY BAUMBERG
STEPHANUS ESSMANOWSKI
REGINA SCHÄCHTER
STEPHANIA WARSZAWSKA
CASIMIRUS ROSENBERG

SCRIPTIS ET FACTIS
PHILOLOGIAM CLASSICAM
APUD NOS ADIUVERUNT

VARSOVIAE STANISLAVIAE VARSOVIAE
A GERMANIS TRUCIDATI SUNT.

GEORGIUS SIWECKI

SOCIETATIS PHILOLOGAE SODALIS VARSOVIENSIS

BELLI IRRUENTIS VI FATISQUE
EXSTINCTUS EST A. MCMXXXIX.

HENRICUS POPŁAWSKI
EUGENIA CHENOIR-HORODYSKA
EUGENIUS MAŃKOWSKI

PHILOLOGIAM CLASSICAM IN GYMNASIIS VARSOVIAE
DOCUERUNT.

HIC VIRI FORTIS OFFICIO SATISFECIT.
IN ACIE CECIDIT A. MCMXL.

ILLI INTER RUINAS URBIS
CONTRA SCELERATAM FEROCIAM
ARMA MOVERE AUSAE
IGNOTA SEPULCRA SORTITI SUNT
A. MCMXLIV.

WANDA MORACZEWSKA
CASIMIRUS RAWICKI
THADDAEUS UHMA

VARSOVIAE

SONIA LEVIN
BETTY SMUSZKIN

PROVINCIAE VILNENSIS
IN GYMNASIIS PHILOLOGIAM CLASSICAM DOCUERUNT.

QUORUM QUISQUE
PER FOEDUM PLERUMQUE CRUCIATUM
A GERMANIS CAESUS
HOS CORONARUM FASTOS CRUORE SIGNAT.

MARGINALIA HORATIANA

Scripsit

† THADDAEUS ZIELIŃSKI

Est mihi in animo commoda oblata occasione notulas quasdam, quas diuturno cum poeta Venusino commercio debeo — admodum sane paucas de satis multis — exemplaris mei domestici margini depromptas lecturorum iudicio submittere. „Est" cum dico non plane simpliciter ago; re quidem vera iam dudum „erat", sed me semper sumpto iam calamo consideratio quaedam fastidiosa retinebat; quam enim facile est et expeditum cogitatiunculam aliquam a Minerva tibi vel propitia vel saepius irata insusurratam paginae taciturae confidere; et contra quam molestum publici eandem iuris facere, identidem oboriente quaestione, an hoc fortasse iam alius quis dixerit de innumeris virorum doctorum et indoctorum centuriis, quae inde a renatis litteris, ne altiora indagemus, huic eidem poetae operam suam navaverunt! Nonne verendum est ne consulto dolove malo veri auctoris nomen reticuisse videaris? Praelucet sane Midae illius philologici vel potius Antimidae exemplum, quo tangente altissimae suavissimaeque poetarum Graecorum sententiae in plumbum coniecturalem vertebantur; is enim cum in textu quem ante oculos habebat acquiesceret, nullum praeterea editorem aut commentatorem consulebat; nec tamen ita praelucet quin potius vestigia eius inconsultum imitatorem terreant. Nec multum tamen ab eo discessit novissimus ni fallor Horatii interpres, cum omnes praeter unum editores in mare Creticum abiecit; nec tamen a me impetrare potui ut eius exemplum sequerer, cum luce clarius sit eum, qui alios prae se spreverit, non posse ab aliis flagitare, ne se quoque prae ipsis spernant.

Quid igitur? Perscrutandane est praeter editionum copiam tota Horatiana quam dicimus „litteratura", ne imprudens in plagii suspicionem incidas? Finge dimidio auctiores esse opes nostras Varsovienses, quae revera admodum sunt modestae: vix credo vel iunioribus tempus suppeditaturum esse, nedum ei, cui Tantali saxum super annosa cervice pendet. Aut, si hoc non potes vel non vis, quiescas. Id ipsum per multos annos feci neque aliam ob causam praeter hanc. Nunc vero

inconsequentiae timore abiecto mediam quandam viam ingredi constitui, scilicet ut marginalium meorum ecloge facta editionibusque quotquot seminarium nostrum continet tumultuariter correptis propria ab alienis secernerem, simulque lecturos orarem, ut si nihilominus hic vel illic acta agere viderer, boni consulerent meque doli mali crimine absolverent.

Quibus praemissis ad rem ipsam accedamus.

I

> Mansuri oppidulo, quod versu dicere non est,
> Signis perfacile est; venit vilissima rerum
> Hic aqua, sed panis longe pulcherrimus...
> (*Sat.* I 5, 87)

Quibus versibus quod Porphyrio ascripsit scholium *Aequum Tuticum significat, cuius nomen hexametro versu compleri non potest* mirificas apud posteros turbas movit. E quibus Bentleius cum versum 92

> Qui locus a forti Diomede est conditus olim

exhibuisset eundemque damnasset, *Auctor*, inquit, *huius versiculi Equum* (sic) *Tuticum intellexit idque ut unum ex signis posuit, quibus perfacile esset nomen oppidi non expressum colligere.* Quae tamen ipse Horatius signa intellexerit, lectoribus divinandum relinquit.

Finem aliquatenus turbis posuit W e s s e l i n g i u s, qui cum a. 1735 inter alia itineraria etiam Burdigalense sive Hierosolymitanum ederet[1] peregrinumque suum per omnia milia passuum Aulone usque Capuam comitaretur, sagaciter negavit potuisse Horatium Trivico profectum post milia viginti et quattuor — hunc enim numerum v. 86 ipse affert — Aequum Tuticum pervenire, immo pro hoc oppido A s c u l u m esse Apulum (a Piceno diversum) intellegendum. Qua in re dubius haereo utrum Wesselingii magis perspicacitatem admirer an interpretum Horatianorum sollertiam, qui notulam loco satis

[1] *Vetera Romanorum Itineraria, sive Antonini Augusti Itinerarium, Itinerarium Hierosolymitanum et Hieroclis Grammatici Synecdemus*, Amstelodami a. 1735, pag 537 ss.

remoto abstrusoque positam continuo auctori suo utilem reddiderint.

Et de Asculo quidem ex hoc tempore constat: restat tamen ut quibus signis Horatius hoc nomen indagari posse crediderit quaeramus.

Qua in re notanda est paene pudica interpretum reticentia, qui quasi intimo sibi sensu prodente absurda esse quae discentibus commendent, ipsi quoque signis, non disertis verbis, sententiam suam exprimant. Velut Lucianus Muellerus vocem *signis* per *durch Andeutungen* reddi iubet, quae qualia esse velit alto premit silentio: sed quoniam in eum incidi, nolo omittere, quae mihi hunc apud eum locum tractanti bilem moverunt. *Asculum*, inquit, *die Gelehrten richtig* — ita sane, *die Gelehrten*, ne nomine quidem Wesselingii ascripto. Scilicet qui religioni sibi ducunt vel vilissimam coniecturam sine auctoris nomine afferre, iidem in rebus exegeticis vel praeclarissimi κατορθώματος auctorem sine ullo conscientiae morsu merita laude spoliant. Non male olim de hoc vitio scripsit Wilamowitzius; poterat hoc exemplum ut luculentissimum afferre. Sed ad *signa* revertamur.

Non potuit rem dissimulare qui totum Horatium elegantissime vertit Villeneuve, apud quem haec habes: *...dont le nom se refuse au vers, mais qu'il est très facile de désigner: la plus commune des choses, l'eau, s'y vend, mais le pain y est tout à fait bon*, etc. Nam Mewes in nova Orelliani Horatii editione plane conticescere maluit, neque Heinze dum Kiesslingium novo saeculo aptat, quidquam reliquit nisi pudicum post „perfacile est" colon, cum ita versum refingit:

signis perfacile est: venit vilissima rerum

quem ego pudorem, pace dixerim viri et amici et mortui, tamen improbandum censeo: ipse enim si quid non intellego simpliciter me non intellegere fateor nulla silentii nebula ignorantiae meae praetenta. Quo magis me curiositas quaedam pungebat quid ipse Kiesslingius sensisset cognoscendi; repetito igitur eius libro haec clara et diserta inveni *dagegen lässt es sich leicht bezeichnen durch die folgenden Merkmale*, cf. Ter. *Eun.* 112 *patriam et cetera signa.*

In summa, griphum componentem finxerunt viri docti Ho-

ratium, quem ego Vergiliana Horatianis meisque miscens ita fere ludibundus restituo:

> Dic: quibus in terris venit vilissima rerum
> Ipsa aqua, sed panis longe pulcherrimus, ultra
> Auferat ut quivis? — et eris mihi magnus Apollo.

Praefracte enim nego quemquam praeter Latonae filium ad positam quaestionem respondere potuisse: Asculi in Apulia!

Sed iam tempus relictis absurditatis tenebris, quae vel ingeniosorum hominum mentes offuscaverunt, ad claram diei lucem progredi.

Quo in coeptu id primum nobis constare velim falso me cum aliis Asculi usum esse nomine; nam in „Auscul um Apulum" diphthongum testari nummos auctor est Thesaurus. Tum vero rem cuivis philologo notam — apud Plautum identidem *osculi* vocabulum scriptum esse sane male, sed indubitabiliter, ipsum quoque per eandem diphthongum *ausculum*, id quod etiam Priscianus comprobat I 52: *ausculum osculum, frequentissimeque hoc faciebant antiqui.* Iam omnia prona. Quonam signo exprimi poterat vetitum hexametro Ausculi nomen? Quo nihil est facilius: ausculandi sive osculandi signo, dextra scilicet manu labris admota. Et hanc esse *signi* vocis vim, si quis in re per se clara testimonium desiderat, Plautus probat *Mil.* 123 *oculis mihi signum dedit* et Ovidius *Trist.* V 10, 36 *per gestum res est significanda mihi.*

Id quod ego paucis absolvere verbis potui utpote rem Columbi ovo expeditiorem, nisi gratum fuisset ridiculi erroris vias longioribus ambagibus persequi.

II

De congeriei quadam figura Horatiana.

Congeriem secundum auctores Romanos eam dico, quam Graeci συναθροισμὸν appellant; de qua qui plura discere volunt, Volkmanni consulant libri utilissimi pag. 451 ss; nos continuo ad Horatianam eius figuram transibimus, cuius luculentissimum est exemplum hoc (*od.* I 7):

Laudabunt alii (1) claram Rhodon (2) aut Mytilenen
(3) aut Epheson (4) bimarisve Corinthi
Moenia, (5) vel Baccho Thebas (6) vel Apolline Delphos
insignes (7) aut Thessala Tempe:
Sunt quibus unum opus est (8) intactae Palladis urbem
carmine perpetuo celebrare et
Undique decerptam fronti praeponere olivam;
plurimus in Iunonis honorem
(9) Aptum dicet equis Argos (10) ditesque Mycenas;
(1) me neque tam patiens Lacedaemon
(2) Nec tam Larissae percussit campus opimae,
quam....'

Vides quid rei sit. Poterat poeta decem positivis congeriei membris (P 1—10) a Rhodo ad Mycenas addere ut undecimum Lacedaemonem et ut duodecimum Larissam; tandem eum tamen longae et uniformis enumerationis pertaesum est — mirum quod non prius — et maluit, ut eam aliquo modo variaret, haec duo membra negativa structura expressa (N 1—2) in novam enuntiati partem transponere. Haec ipsa est figura, quam Horatianam dixi.

Quae quam late pateat ex eis quae allaturus sum exemplis cognosci potest, simulque quam multa, modo recte sit explicata, ad poetae artem melius aestimandam conferre queat. Neque enim saepius sibi adeo indulsit, ut plus dena membra coacervaret; velut eo qui sequitur loco P 2 + N 1 totam figuram confecit. Est autem nobile carmen III 23:

Nam (P 1) quae nivali pascitur Algido
Devota quercus inter et ilices,
(P 2) Aut crescit Albanis in herbis
Victima, pontificum securim
Cervice tinguet; (N 1) te nihil attinet
Temptare multa caede bidentium...

Ubi rursus temperare mihi non possum quin Heinzium vituperem, qui dum quovis pacto praedecessoribus obloqui possit primo versu de apro agi neget; quem vel *sat.* II 4,40 *iligna nutritus glande... aper* in probam viam inducere poterat. Et si modo membro negativo — nam bidentes utique sunt oves — in positivum resoluto ita ternariam congeriem restitueris: „aper et bos et ovis pontificiae sunt victimae" — habebis solemne

suovetaurilium sacrificium et facile intelleges consulto poetam, ut pedestrem sermonem vitaret, figura sua adhibita pontificale vocabulum lyricis modis adaptasse.

Eiusdem naturae est quattuor vinorum congeries inter P et N dimidiata *od.* I 20,9 ss:

(P 1) Caecubum et (P 2) praelo domitum Caleno
Tu bibes uvam; mea (N 1) nec Falernae
Temperant vites (N 2) neque Formiani
Pocula colles.

Quod idem artificium etiam *od.* IV 8,1 ss adhibitum deprendimus:

Donarem (P 1) pateras grataque commodus,
Censorine, meis aera sodalibus,
Donarem (P 2) tripodas, praemia fortium
Graiorum, neque tu pessima munerum
Ferres, divite me scilicet artium,
Quas (N 1) aut Parrhasius protulit (N 2) aut Scopas...

ubi pateras artius cum aeribus iungendas esse, paene ut hendiadyoin *pateras aeneas* efficiant, anaphora docet, bipertitam, non tripertitam esse primam stropham demonstrans.

Aequasque, etsi paulo ampliores habes congeriei partes etiam *od.* III 16,29 ss:

(P 1) Purae rivus aquae (P 2) silvaque iugerum
Pecorum et (P 3) segetis certa fides meae...
Quamquam (N 1) nec Calabrae mella ferunt apes
(N 2) Nec Laestrygonia Bacchus in amphora
Languescit mihi (N 3) nec pinguia Gallicis
Crescunt vellera pascuis.

At sublato aequilibrio unum membrum negativum tribus positivis continuatum habes *od.* I 27 extrema:

(P 1) Quae saga, (P 2) quis te solvere Thessalis
Magus venenis, (P 3) quis poterit deus?
(N 1) Vix illigatum te triformi
Pegasus expediet Chimaera.

Nam *vix* paene idem valere atque *non* vix est quod moneam; summa in congeriei variatione consistit. Consulto dixi *paene*

idem; ideoque tale membrum medium tenens inter positiva et negativa locum eleganter alteram seriem ab altera dividit *od.* I 14,3:

(P 1) nonne vides, ut
Nudum remigio latus
Et (P 2) malus celeri saucius Africo
(P 3) Antemnaeque gemant, (PN) ac sine funibus
Vix durare carinae
Possint imperiosius
Aequor? (N 1) Non tibi sunt integra lintea,
(N 2) Non di, quos iterum pressa voces malo...
(N 3) Nil pictis timidus navita puppibus
Fidit...

Quod nisi hoc interposito PN membro divisae essent illae duo congeriei partes, eandem haberes structuram atque supra in *oda* III 16.

Etiam id quod allaturus sum exemplum negativi membri positivis adiuncti *odae* I 27 simile apparere posset nisi temporum differentia accederet; est enim I 37 initium:

(P 1) Nunc est bibendum, (P 2) nunc pede libero
Pulsanda tellus, (P 3) nunc Saliaribus
Ornare pulvinar deorum
Tempus erat dapibus, sodales;
(N 1) Antehac nefas depromere Caecubum
Cellis avitis, dum...

Habent etiam alia exempla singularia quaedam, velut *od.* I 9,9 ss:

Permitte divis cetera, (P 1) qui simul
Stravere ventos aequore fervido
Deproeliantes, (N 1) nec cupressi,
(N 2) nec veteres agitantur orni.

Non credo haec Horatium scripturum fuisse, si iam tum cupressum fluctibus appictam, illam ex Arte poetica (v. 19), mente sagaci praeconcepisset; ceterum non in ea re singularitas loci continetur, sed potius in structura h y p o t a c t i c a, cum in omnibus praecedentibus, nec minus in eis qui secuturi sunt, p a r a t a c t i c a appareat; neque absurde quispiam ne-

gare possit omnino hic aptum esse congeriei vocabulum, quod ego tamen καταχρηστικῶς retineo, ne cohaerentia alio termino usurpato dissociare videar.

Alias habes membra negativa positivis praemissa, scilicet *od.* I 31,3 ss:

(N 1) non opimae
Sardiniae segetes feraces,
(N 2) Non aestuosae grata Calabriae
Armenta, (N 3) non aurum aut ebur Indicum,
(N 4) Non rura, quae Liris quieta
Mordet aqua taciturnus amnis.
(P 1) Premant Calenam falce quibus dedit
Fortuna vitem, (P 2) dives et aureis
Mercator exsiccet culillis
Vina Syra reparata merce...

Alias congeriem tripertitam, scilicet ita constructam, ut membra negativa positivis adiuncta nova sequatur positivorum series figura PNP, velut *od.* I 8,3 ss:

(P 1) cur apricum
oderit campum, patiens pulveris atque solis?
(N 1) Cur neque militares
inter aequales equitat, (N 2) Gallica nec lupatis
Temperet ora frenis?
(N3) cur timet flavum Tiberim tangere? (N4) cur olivum
Sanguine viperino
cautius vitat? (N 5) neque iam livida gestat armis
Bracchia, (P 2) saepe disco,
(P 3) saepe trans finem iaculo nobilis expedito?

Quamquam si etiam *oderit* pro negatione accipias, possis etiam hoc exemplo praecedenti adiuncto duo membra positiva sex negativis continuata statuere; in minutias descendimus plane infructuosas. At non obscuram habes tripertitionem in Hebri virtutibus praedicandis *od.* III 12 loco illius Sybaritici non dissimili:

(P 1) Simul unctos Tiberinis
Umeros lavit in undis,
(P 2) Eques ipso melior Bellerophonte, (N 1) neque pugno
(N 2) Neque segni pede victus,

(P 3) Catus idem per apertum
Fugientes agitato
Grege cervos iaculari (P 4) et celer arto latitantem
Fruticeto excipere aprum.

Finem faciat congeries illius primae sane similis *epod.* XVI 43 ss de beatarum insularum praestantia:

(P 1) Reddit ubi cererem tellus inarata quotannis
(P 2) et inputata floret usque vinea,
(P 3) Germinat et nunquam fallentis termes olivae
(P 4) suamque pulla ficus ornat arborem,
(P 5) Mella cava manant ex ilice, (P 6) montibus altis
levis crepante lympha desilit pede;
(P 7) Illic iniussae veniunt ad mulctra capellae
(P 8) refertque tenta grex amicus ubera,
(N 1) Nec vespertinus circumgemit ursus ovile,
(N 2) nec intumescit alta viperis humus; ...
Pluraque felices mirabimur, (N 3) ut neque largis
aquosus Eurus arva radat imbribus,
(N 4) Pinguia nec siccis urantur semina glaebis,
utrumque rege temperante caelitum;
(N 5) Nulla nocent pecori contagia, (N 6) nullius astri
gregem aestuosa terret impotentia.
(N 7) Non huc Argoo contendit remige pinus
neque impudica Colchis intulit pedem,
(N 8) Non huc Sidonii torserunt cornua nautae,
(N 9) laboriosa nec cohors Ulixei.

Non piget totum licet longiorem exscripsisse locum. Plancinam enim oden iamdudum viri docti et propter alias causas et propter metrum epodicum primis post victoriam Actiacam temporibus assignaverunt; accedit nunc congeriei cum epodo XVI similitudo eam aetatem testans, qua inexpertus adhuc poeta, ut Corinnae verbis utar, exempla non manu, sed toto sacco serebat; id quod eum maturiore aetate prudenter vitasse ceteri loci demonstrant. Ad quam similitudinem universalem etiam illa specialis accedit — fastidiosa enumeratio utrobique peculiari enuntiato interrupta (*od.* I 7,5 *sunt quibus unum opus est... epod.* XVI 53 *pluraque felices mirabimur...*), quod cum per se non multum sensui addat, constructionem tamen mutare cogit, quo fit ut uniformitas grammatica aliquatenus varietur.

Est tamen aliud idque gravius, quod monere volui priusquam hoc caput absolverem: congeries Horatiana in solis carminibus lyricis invenitur, abest a satiris epistulisque. Videtur igitur absona apparuisse menti poetae a „sermonis pedestris" natura. Aliquam tamen eius similitudinem invenies in structura hypotactica, quam licet cum exemplo supra allato conferre. Ad versus enim *od.* I 9,9 ss:

qui simul
Stravere ventos aequore fervido
Deproeliantes, nec cupressi,
Nec veteres agitantur orni. —

bene adnotavit Heinze potius in apodosi expectari sententiam „placidum fit et planum mare". Itidem in *epist.* I 1,25:

(P 1) Aeque pauperibus prodest, locupletibus aeque,
(N 1) Aeque neglectum —

expectaveris: „pauperibus locupletibusque nocebit". At poeta variandi cupidus novum par introducit:

pueris senibusque nocebit.

III

Est.

Nunquam a me impetrare potui, ut in verbis Horatianis *sat.* II 5,103 s:

...et si potes illacrimare, est
Gaudia prodentem voltum celare

illud *est* pro *licet* positum crederem; id quod Villeneuve cum comprobet solitaque elegantia per *il n'est pas impossible de dissimuler sur son visage l'expression de la joie* reddat, ipsa versione quam ineptum sit demonstrat. Immo ne inspectis quidem aliorum interpretum commentis pro certo habui sensu *prodest* accipiendum esse hoc verbum; ac fieri potest ut — sicut Germanos in errorem duxerit vernaculum illud (Berolinense praesertim) *ist nicht* sensu *non licet* usurpatum — ita mihi utpote homini Slavo nostra loquendi consuetudo rectam praemuniverit viam. Memini enim et Cracoviensem quandam cantilenam

hunc testari usum, quam ego nescio num ad verbum ita fere memoria retineo:

Było nie harcować (?),
Kasiu, po Krakowie,
Było ci pilnować
Wianeczka na głowie

et non minus diserte ucrainensem, in qua iuvenis quidam de matre queritur, cur sibi pro infructuosa pulchritudine non potius fortunam legaverit:

Buło b tobi, oj ty moja maty,
Tych briw ne dawaty;
Buło b tobi, oj ty moja maty,
Sczastje dolju daty.

Utroque enim loco verbum substantivum vim habere *melius erat* vel *proderat* per se patet. Latinum autem cum testimonium desiderarem sponte occurrebat notissimum illud Horatianum *epist.* I 1,32:

Est quadam prodire tenus, si non datur ultra

ubi qui *est* pro *licet* accipiunt tautologiam poetae obtrudunt non ferendam.

Postmodo autem didici non plane novum esse quod mihi propria offerebat cogitatio. Nam et Kiesslingius, quem Heinze hoc quoque loco recta incohantem in pravam deflexit viam, negavit *est celare* pro *licet* accipi posse, immo itidem ut in *est quadam* pro *es ist doch schon etwas* intellegi iussit — quo tamen sensu vix credo *aliquid* omitti posse, quod verbi causa apud Ovidium *Pont.* II 8,9 habemus:

Est aliquid, spectare deos et adesse putare.

Nam de sententia, quam in versibus Horatianis expectare oportebat, iam antea hic illic voces rationabiles audiebantur; quo in genere maxime est memorabilis Lachmanni ad Lucretium V 533 adnotatio. Quaerit ibi, num simplex *est* pro *prodest* usurpari possit; quod Gronovius Senecae vindicaverat exemplis fretus *epist.* 87 (de Catone: *quem tam rei publicae hercle fuit nasci quam Scipionem*) et *de clem.* I 18 (*Quam autem non nasci fuit quam numerari inter publico malo*

natos). Hoc tamen ab antiquorum usu remotissimum esse contendit, quare in Horatiano de quo agitur loco una tantum litterula addita scribendum esse:

et si potes, illacrima: e re est
Gaudia prodentem etc.

Acute sane planeque Lachmanno dignum, tamen a Praedicow nescio quo occupatum, id quod a Lachmanno ignoratum viri docti, qua sunt in coniecturis suis cuique restituendis religione, adnotare non omiserunt. Utut est, de sensu, quo Horatiana accipienda essent, neuter dubitavit; coniectura vero ulla opus esse recte negasse videtur Kiesslingius loco ex *Epistula* I 1 collato.

IV

...fit Choerilus ille,
Quem bis terve bonum cum risu miror; et idem
Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus (*A. p.* 357).

Non sum adeo spatii prodigus, ut turbas repetendas putem, quas hic Homerus praeter expectationem Choerilo adiunctus moverit; neque credo plane sibi placuisse Thaddaeum nostrum S i n k o, cum hunc locum in novissimo suo libello (*Trzy poetyki klasyczne*, Leopoli 1939) ita reddiderit: *Cherylem, którego z uśmiechem chwalę, gdy mu się dwa, trzy razy coś uda, natomiast złość mię bierze, ilekroć zdrzemnie się mistrz Homer* — oblitterata scilicet, ut hoc solum premam, manifesta *boni Homeri* cum *bono Choerilo* relatione.

Ceterum non mea est haec marginalis adnotatiuncula, sed defuncti amici mei Iosephi Szebor, qui eam, quo erat nimio pudore, mecum solo communicavit neque usquam quod sciam publici fecit iuris. Is enim una addita non littera sed hasta pro *et idem — ut idem* scribendum censuit, scilicet ut sensus evaderet hic: quem ego (Choerilum) bis terve bonum cum eodem risu miror, cum quo semper bonum Homerum bis terve dormitasse indignor.

Cuius exemplum meo quidem iudicio praeclarum secutus ipse quoque *A. p.* 217:

Sic etiam fidibus voces crevere severis,
Et tulit eloquium insolitum facundia praeceps...

pro *et tulit* — *ut tulit* proponere audeo, quod quantopere ad reconcinnandam sententiam valeat, lecturorum menti permittere praestat.Et hic interim marginalium meorum terminus statuatur volo, novam seriem additurus, si aliqua opportunitas evenerit.

Varsoviae MCMXXXIX.

DE ORDINE QUO EROTICI SCRIPTORES GRAECI SIBI SUCCESSISSE VIDEANTUR

Scripsit

THADDAEUS SINKO

1. Eroticorum Graecorum heptas illa inde a Rohdei celeberrimo libro (1876) aliquoties ordinem mansionemque mutare coacta est. Fabulae enim Romanensis, quae nunc vocatur, a Graecis excultae, historicus sagacissimus hanc eius auctorum seriem constituit: 1 Antonius Diogenes (s. I p. Chr. n.), 2 Iamblichus Syrus (post 165, ante 177), 3 Xenophon Ephesius (s. II/III), 4 Heliodorus Emesenus (regnante Aureliano 270—275), 5 Achilles Tatius (s. V med.), 6 Longus (s. V, post Achillem), 7 Chariton (s. V/VI). Postquam tamen Chariton papyrorum saeculi II exeuntis testimonio plus quam tribus saeculis prior apparuit, Guil. Schmidius[1] (1904) ita Rohdei numerorum acoluthiam immutavit, ut proponeret: 7, 3, 1, 2; 4, 6; 5, quorum 7, 3, 1, 2 saeculo II, 4, 6 s. III, 5 — s. IV attribuit. Mox (1905) Wilamowitzius[2] Antonio Diogene in s. I relegato, Achille ante a. 350 collocato, Iamblicho (casu an consilio?) silentio praetermisso, reliquorum tempora dubitanter definivit, cum in marginibus libri typis exscribi iussit: Chariton (ca 70?), Xenophon (ca 200?), Longus (ca 200?), Heliodorus (ca 300?). Eius igitur acoluthia haec est: 1, 7, 3, 6, 4, 5. Garino[3] (1909) solius Antonii (1) nec non Iamblichi (2) tempus certum visum est; ceteros eroticos ita ordinavit: 7 (s. I/II), 6 (s. II/III), 4 (priore parte dimidia s. III), 3 (breviter ante secundam partem dim. s. III), 5 (secunda parte dim. s. V). Schissel v. Fleschenberg[4] (1913) ipsius formae generis litterarii profectu observato, quem cum temporum progressu non semper congruere sibi conscius fuit,

---

[1] *Der griech. Roman,* Neue Jahrbb. f. d. klass. Altert. 13, 1904, pp 465—485, cf. Christ—Schmid, *Gesch. d. griech. Lit.* II 2^6 1924. pp 808—825. 1046 s.

[2] *D. griech. Lit. des Altert.* in Hinnebergii *Kultur d. Gegenwart* I 8 ^{1}1905; ^{3}1912.

[3] Studi ital. fil. class. 17, 1909, p. 452 ss.

[4] *Entwicklungsgesch. d. griech. Romans im Altert.,* Halis Sax. 1913; idem i. v. *Longos* RE 13, 1927, coll 1425—1427.

hanc eroticorum seriem designavit: 1, 3, 7, 2, 4, 5, 6, quorum ultimum altera s. III parte dimidia vixisse sibi persuasit. Pohlenzii[5] (1924) agmen hoc est: 1 (s. I aut II), 7, 3, 2 (hi tres s. II), 6 (s. II aut III), 4 (s. III), 5 (s. IV). Septimum heptadis ordinatorem Kerényium[6] arcessimus, qui hoc fere ordine eroticos constituit: 1 (s. I), 3, 7, 2, 6, 4 (hic priore parte dimidia s. III), 5.

Iam si numero suffragiorum loci singulis scriptoribus assignari possent, Antonius sex punctis principatum obtineret, Iamblichus quinque punctis locum quartum, Achilles quattuor punctis locum ultimum. Sed cum in ea re suffragia non numeranda, sed pensitanda atque examinanda sint, auctoritas eorum non maioris videtur esse momenti, quam in calidoscopo, qui vocatur, figurarum iterationis. Itaque nihil aliud restat, quam ut is, qui rem stabilem appetit, ipse successionem scriptorum eroticorum constituat ordinisque sui rationem reddat. Eiusmodi ordinem nuper in tomo secundo *Historiae litterarum Graecarum* (iam prelis mandatae) a me propositum, qui ab eo aliquantum differt, quem a. 1905 commendaveram[7], nunc probare mihi liceat.

2. In limine disquisitionis Antonius Diogenes ordine scriptorum eroticorum removendus (quod iam Rohdeo placuit), cum manifestum sit eius narratione de Dinia et Dercyllide non amantium casus et pericula, sed fratris sororisque fata contineri. Nec minus constat eorum historiam non tam delectationis causa fictam esse, quam ut Neopythagoreorum, qui vocantur, doctrina divulgaretur eorumque aemuli Aegyptii, simili vitae rationi inservientes, oppugnarentur. Illud consilium ut explicaret atque exponeret, auctor amantes in aulam Aenesidemi, Leontinorum tyranni (ca a. 490) nec non Metapontum, veterum Pythagoreorum in sedem induxit, eosque cum Astraeo, Zamolxide, Asule comportavit, a quibus Pythagoreorum doctrinam arcanam cognoscerent; hanc rationem persequendo Paapim Aegyptium amantium perditorem persecutoremque fecit, cuius artes malae a Pythagoreis frangerentur.

[5] *Die griech. Prosa* in Gercke—Norden, *Einleitung in d. Altertumswiss.* I 3, 1924, pp 159—161.

[6] *Die griech.-orientalische Romanlitt.*, Tubingae 1927.

[7] *Romans grecki, jego powstanie i organiczny rozwój*, Eos XI 1905, pp 65—111.

Medicinae Pythagoreae amarities dulcedine figmentorum quodammodo lenita est, quae cum non solum in fabulosa Thule, sed etiam in luna et in Orco collocata essent, Antonio appellationem „poetae veteris comoediae" apud Photium comparavisse videntur. In hac enim nonnumquam in Orco aut in Olympo aut in avium regno aerio aut in terris quibusdam remotissimis actiones hominum vivorum repraesentabantur, qua in re Menippus Gadarensis veterum comicorum vestigia pressit et Luciano Samosatensi exemplum ad imitandum reliquit. Qui cum in *Veris historiis* etiam Antonii commenta irrisisset, terminum ante quem illius narratio scripta est nobis ostendit. Tempus accuratius definitur doctrina Neopythagorea evulganda, cuius calor quidam melius cum Apollonii Tyanensis aetate concordat, a qua etiam Plutarchus iuvenis Romae illa studia amplexus non procul distat, quam cum saeculo II, quo iam Platonici Neopythagorea sua fecerunt eaque tamquam Platonis doctrinam disseminabant, non solum libris philosophicis, praelectionibus sermonibusque popularibus, sed etiam fictis autobiographiis, ut Lucii Patrensis vel Apulei historia asinaria. Quarum historiarum indoles matura si cum Antonii inhabili vastaque compositione comparatur, in qua elementa, peregrinationum mirabilium propria, cum elementis quasi historicis et philosophicis conflantur, dubitari nequit quin Antonius Lucium Patrensem aetate praecurrerit. Elemento amatorio partes secundae assignantur, quae cum ratione scriptorum eroticorum minime congruant: Dercyllis enim praeter Ceryllum, qui dum eam a Cimmeriorum regione comitatur, mortem inopinatam oppetivit, in terra Thulensi plures amatores habuisse dicitur, ex quibus unus postea Paapim interfecerit. Quae omnia a moribus feminarum, quae apud scriptores eroticos primas partes agunt, adeo aliena sunt, ut eorum expositio cum hoc litterarum genere minime conveniat. Ne tamen inde conicias illa exempla. iam I. s. a. Chr. n. exstantia, Antonio ignota fuisse, Kerényius (p. 239 adn. 45) te praemonet, qui nomen Dercyllidis e Dercia illa fabulae papyraceae de Nino et ex Herpyllide alius fabulae papyraceae heroide contaminatum esse putat, accessum autem Dercyllidis ad sepulcrum Sirenis prope Neapolim situm reminiscentia fabulae de Parthenope ductum esse contendit. Quae vestigia fabularum eroticarum I. s. a. Chr. n. si apud Antonium agnoveris, etiam ea ratione non ita procul ab eis eum

collocabis, minime tamen neglegens eius narrationem de germanorum fatis ad aliud litterarum genus pertinere.

3. Ex eroticorum sexade (nam unum iam protrusimus) solus Iamblichus tempus suum aperte indicavit, qui Photio teste (Cod. 94) in excursu de vita sua, mediae fere narrationi de Sinonide et Rhodane interposito, se Soaemo in Armenia regnante floruisse tradiderit. Ad quem cum a Lucio Vero, M. Aurelii fratre imperiique socio, regnum Armeniae delatum esse bello Armenio confecto (i. e. a. 166) aliunde (Dio Cass. 70, vol. 4 p. 171 Dind.) sciamus, terminum post quem *Babyloniaca* scripta sunt nanciscimur, ad quem Rohdeus etiam terminum ante quem scil. M. Aurelii mortem (180) initis ratiunculis quibusdam adiecit. Quod Photii scholiasta, pleniore textu excerpti nisus, de fatis magi cuiusdam Babylonici narravit, qui Iamblichi praeceptor factus etiam magiae arcana ei tradiderit, ita ut ipso initio belli Parthici (162) faustum eius eventum imperatori praedicere posset, et qui „veram" historiam de Sinonide et Rhodane cum eo communicaverit, commentum est, aretalogorum more ad fidem fictae narrationis confirmandam ab Iamblicho excogitatum. Sed quod obscuri Soaemi regno tempus vitae suae descripsit eiusque genealogiam ad Achaemenem usque contingentem hac occasione protulit, id veram quandam necessitudinem cum novo Armeniorum rege enuntiat eo tempore intercedentem, quo belli Parthici memoria adhuc recens erat. Annus igitur 166 pro fundamento chronologiae non solum Iamblichi, sed etiam aliorum eroticorum sumendus est Guil. Schmidio praeeunte, qui auctores praeceptis rigidorum atticistarum nondum plane obstrictos et quasi semiatticos i. e. Charitonem et Xenophontem Ephesium Iamblicho praemisit, utpote qui in controversia quadam forte fortuna integra servata (cum ipsa *Babyloniaca* nisi ex Photii epitome non innotuerint) plenum et in verborum et in formarum delectu atticismum exhibeat. Eorum antecessorum tempora et necessitates nunc nobis accuratius illustranda sunt.

4. Terminus, ante quem Charitonis narratio de Callirrhoe scripta est, papyris s. II exeuntis prope Fayûm et Oxyrhynchum repertis et a. 1900 in lucem editis[8] haud ambi-

[8] Grenfell—Hunt, *Fayûm towns and their papyri* I p. 75 s; Oxy. Pap. VII nr. 1091.

gue declaratus est. Quo testimonio magnifice confirmata est opinio Guil. Schmidii, a. 1899 publici iuris facta[9], qui ipso genere dicendi Charitoneo permotus e saeculo V vel VI, ad quae Rohdeus scriptorem rettulerat, cum saeculo II attribuit hac usus ratiocinatione: verborum atticorum non anxio delectu, numeri dualis et modi optativi rarissimo usu, nominativi absoluti evitatione, troporum figurarumque raritate evinci Charitonem nondum praeceptis rigidorum atticistarum s. II obstrictum esse; at conventibus iudicialibus et patrum consiliis, in quibus orationes habeantur, late describendis nec non epistulis et soliloquiis narrationi interponendis contactum quendam cum eisdem sophistis tradi ita, ut eidem saeculo adscribendus sit. — Utrumque momentum quamquam in tempore Charitonis definiendo multum valet, tamen neutrum tantam vim habet, ut s. I excludat, quo victoria veteris linguae (non stili) ita iam explorata erat, ut exempli gratia celeberrimus orator Asianus, Isaeus Assyrius Plinio teste (*Ep. 2, 3*) Graece, immo Attice declamaret. Controversiae autem et suasoriae, ethopoeiae et epistulae, in rhetorum scholis tam Augusti aetate, quam ante et post eam colebantur, ita, ut earum scholarum alumnus non solum saeculo II, sed etiam I ad scaenas iudiciales senatoriasque depingendas nec non ad soliloquia, quae ethopoeis respondent, fingenda et ad epistulas componendas, quae morum specula erant, pelliceretur.

His fortasse rationibus respectis Wilamowitzius[10] ad nomen Charitonis annum 70 cum signo interrogationis adscripsit. Ut certum terminum ante quem nanciscamur, O. Weinreichius[11] ad Persii *sat.* I 134 nos relegat, quem versum iam Buechelerus[12] olim ad Charitonis narrationem rettulit, sed eodem tempore alius Callirrhoes legentes commonefecit, nimirum eius, de cuius amoribus cum Scamandro X epistulâ Ps.-Aeschinis narratur. Ipse Weinreichius Persii testimonium de Calliroe dubium esse putat et potius ad Ps.-Aeschinis narrationem, lubricae fabulae Milesiae proximam, illud referre mallet, quam ad fabulam Charitonis. Res ab eo

---

[9] I. v. *Chariton RE* 3, col. 2168 ss.

[10] *Griech. Litt.* p. 258.

[11] Apud Kerényium l. l. p. 231 s. adn. 6.

[12] Rh. Mus. 34, 1879, p. 346.

transitoria adnotatiuncula potius praestricta quam explorata, digna est quae accuratius examinetur.

Sub finem satirae primae (v. 123—134) Persius exponit, quales lectores exoptet qualesve dimittat; et illos eosdem futuros esse sperat, qui Cratini, Eupolidis, Aristophanis comoediis delectentur, horum naturam ita describit, ut notet, quid ab eis observetur quidve irrideatur. Itaque ab uno, qui ipse squalore sordidus sit, homines vestitu eleganti eludi; ab altero, qui municipali quodam honore superbiat, vitia corporis (ut distorti oculi strabonis) palam vellicari; tertii, studiorum mathematicorum contemptoris risum moveri conspectu philosophi cynici, quem postmeridie meretrix barba correpta ad se trahat. — Huius triadis hoc proprium est, ut res derideat a Persii satiris alienas. Quo fit, ut hi tres minime praeparati idoneique esse putentur qui earum saporem palato percipere possint. At veteris comoediae Atticae amatores (cuius libertatem in vitiis publicis privatisque exagitandis iam Horatius *sat.* I 4 in. laudaverat) etiam his satiris delectatum iri poeta confidit. Mentioni librorum, quos homines iudicii elegantissimi legunt, versu ultimo lectiones hominum rudium his opponuntur:

His mane edictum, post prandia Calliroen do.

Ingenii quasi papulo duo genera lectionis apud eos homines sufficiunt: mane post ientaculum acta diurna cursim transeunt, e quibus nova edicta imperatoris et magistratuum cognoscant; post prandium volumen quoddam lectu facile in manus sumunt, quod de qua sit re, curiositate illius irrisoris philosophi ad meretricem venientis quodammodo innuitur. Scholiasta antiquus (p. 278 Jahn) haec de illa Calliroe exposuit: *Calliroe, quam Paris ante Helenae raptum habebat. quae deserta multum dicitur rupti amoris dulce flevisse consortium...* Iam exspectamus elegiam quandam amatoriam, ut est Epistula Oenones Ovidiana, sed scholiasta ita pergit: *hanc comoediam scripsit Atines Celer pueriliter.* In ea quidem narratione duobus scrupulis offendimur, scilicet auctoris nomine et comoediae argumento. Quorum alterum iam Buechelerus amovit, cum *Atines* in *Asinius* correxit Asiniumque Celerem eum poetam fuisse coniecit, qui imperatoris Claudii familiaritate usus, eo regnante tamen morte punitus est: alterum ita amoliemur, ut in locum comoediae argumentum mythicum tractantis mimum (vel „hypothesim") de Paridis et Calliroae amoribus supponamus,

in quo fortasse (ut in Theocriti *Cyclope*) sola Calliroe ab amasio deserta prodiit suumque infortunium parodistice (inde scholiastae illud *pueriliter*) deplorabat. Mimorum exempla verbaque ad infimum litterarum genus pertinere inventis papyraceis edocti sumus, neque miramur eiusmodi lectionem a Persio homini illi indocto relinqui. Si temporibus Neronis Lucanus *fabulas saltaticas XIV* ad usum pantomimorum Latine scripsit, alii mimos Latinos componere debebant, quorum repraesentationibus Roma tum effrenate indulgebat. Compositio Latina propterea hic deposcitur, quod ille philosophiae contemptor ita rudis est, ut ei linguae Graecae scientiam fabularumque Graece scriptarum lectionem adscribere non possimus. Et hac ipsa re impedimur ne Graecam Callirrhoen in manibus eius suspicemur neve Charitonis fabulam ca a. 50 Persio notam fuisse coniciamus. Petronii quidem parodia schematis fabulae amatoriae Graecae testatur iam tum tales fabulas adamatas fuisse, sed de versione Latina operis Charitonei (ut fuit versio *Milesiarum* Aristidis) nihil scimus nec conicere nobis licet eam temporibus Neronis exstitisse.

Sed et Persii testimonio de Callirrhoe Charitoniana inutili facto, restant illae rationes, quibus permoti Charitonem I saeculo vixisse contendere possemus, nisi aer ipse, ut ita dicamus, seu caelum mavis, s. II magis floribus eius generis litterarum faveret, quod in fabula de Callirrhoe „naturam suam invenit", sed originem historicam non dissimulavit. Callirrhoe enim patrem habet Hermocratem, Syracusanorum praetorem (eum, qui a. 415 Athenienses devicit), Chaereas vero eius aemulum, qui a Thucydide Athenagoras appellatur, a Charitone propterea mutato nomine Aristonis designatus videtur, quod scriptor iam initio narrationis suum praefectum Athenagoram causidicum, apud quem scribae munere fungebatur, nominavit. Nova nupta fatis agitata Babylonem usque, in aulam Artaxerxis (II, cuius vitam Plutarchus scripsit), Persarum regis venit, qui ad opprimendam Aegyptiorum seditionem (a. 389—387) proficisci cogitur. Sed ea materies historica, ad annos 415—386 (pax Antalcidae) pertinens, tantummodo scaenam extremam fabulae efficit, eius autem actioni nullos suppeditat impulsus, nulla quasi moventia, ut potius consuetudine antiquitus tradita quam artificis consilio ducta esse videatur. Quanto uberius auctor fabulae de Nino vel bella Assyriorum cum finitimis gesta

historici modo descripsit! Nihilominus Chariton, qui libenter ex Thucydidis, Herodoti, Xenophontis fontibus hortulos stili sui irrigat, generi historico opus suum vindicavisse videtur. Quod autem temporibus belli Peloponnesii actionem collocavit nominibusque historicis eam ornavit, idem fecit ac multi sophistae s. II, qui ex historiae Graecae aetate classica, quae vocatur, argumenta declamationum hauriebant.

Est et altera ratio generalis, propter quam Charitonem potius II quam I saeculo vindicare malumus. Fabulae enim Romanenses ad illud litterarum genus pertinent, cuius specimina tamquam habitus muliebris novitate ipsa vigent et mox alia novitate removentur, immo exploduntur. Qui igitur factum est, ut fabula de Callirrhoe papyrorum testimonio non solum saeculo II et III, sed etiam VI et VII (cod. Thebanus Wilckenii) in Aegypto lectitaretur? Diuturnitatem suam non grammaticorum tutelae debuit, quippe qui, cum auctorum „classicolorum" (i. e. qui in classibus ludorum terebantur) delectum ad utilitatem linguae Atticae ediscendae referrent, Callirrhoen semiatticam ut conservarent, nullam causam haberent, sed ipsorum lectorum favori. Quorum qui temporum Charitonis aequales erant, adeo ea delectati sunt, ut eam etiam suboli legendam commendarent, quae eadem ratione usa per multa saecula eam propagavit.

Quae longa fabulae vita cum in eius magno successu initiali (ut Apulei adiectivo utamur) originem habeat, eo ipso successu commonemur, ut in proxima vicinitate alios eiusdem generis litterarum auctores quaeramus. Nam ad id quoque genus illa quasi lex seriei[13] pertinet, iam a Velleio Paterculo (I 16) observata, qui miratus est, *quod eminentissima cuiusque professionis ingenia in eandem formam et in idem artati temporis congruere spatium.* Tiberii laudator eam rem mirabilem hoc modo sibi explicavit, ut opinaretur (I 17 sub fin.) aemulatione ali ingenia et nunc invidia nunc admiratione imitationem accendi. Cui opinioni mox alteram addidit: *Naturâ, quod summo studio petitum est, ascendit in summum, difficilisque in perfecto mora est, naturaliterque, quod procedere non potest re-*

[13] Sinko, *Zadania i metody historii literatury greckiej,* Kwart. Klas. 1930, p. 71 ss, cf. etiam Paul Kammerer, *Das Gesetz der Serie,* 1919.

cedit. Quem recessum propterea fieri, quod qui eminentissima ingenia aequari a se posse desperaverint, velut occupatam relinquentes materiam novam quaerant praeteritoque eo, in quo eminere non possint, aliquid, in quo nitantur, conquirant.

Opinionem de artati temporis spatio, in quo singula litterarum genera florent, Velleius tragoedia Attica s. V, comoedia et vetere et nova, philosophia a Socrate ad Aristotelis mortem, arte oratoria Isocratis aetate praecipue florente, illustravit similiaque exempla e Romanis litteris protulit et exemplorum seriem his clausit: *Hoc idem evenisse grammaticis, plastis, pictoribus, sculptoribus, ut quisque temporum institerit notis, reperiet, eminentiam cuiusque operis artissimis temporum claustris circumdatam.*

Ex ea quasi lege ne scriptores erotici quidem excipiendi sunt, quorum opera quamquam proprias species repraesentant, tamen ex eodem genere orta sunt, cuius flos ut artissimis temporum claustris circumdetur, exemplis a Velleio allatis permovemur. Cum autem is, qui, ut videbimus, agmen claudit, Heliodorus intra primam quartam s. III contineatur, Chariton non ultra tres fere hominum aetates („generationes") reducendus est et in prima fere quarta s. II collocandus. Quem si saeculo I medio vel eius parti secundae attribueremus, ipse Iamblichus, qui ca a. 166 floruit, nimis ab eo removeretur. Cuius tempus si ignotum esset et si Charitonem I saeculi scriptorem fuisse crederemus, etiam *Babyloniacorum* auctor et, qui Charitoni propior est, Xenophon Ephesius, primo saeculo adscribendi essent. Quod cum fieri nequeat, subsistendum est in s. II, tamquam in aureo saeculo fabulae eroticae.

5. Xenophon Ephesius proximus est Charitoni genere dicendi semiattico et a sophistica illa aphelia alieno, par nuptiis amantium mox post initium inductis, ut non sponsi sponsaeque, sic ut apud ceteros scriptores eroticos, sed mariti et uxoris fides ad exemplum Odysseae celebretur, par etiam (si ipsos amantium casus, ut antiquitus traditos neglegimus) Amoris interventu, qui apud illum ut familias inimicas conciliaret, apud hunc ut a iuvene pro contemptu poenas repeteret, iuvenem vulneravit. Sed cum Chaereae et Callirrhoes nuptiae in comitiis plebis decernantur et a patre iuvenis exposcantur, Antheae parentes oraculum Apollinis adeunt (ut in Callimachi elegia de Acontio), a quo nuptiae commendantur additurque

pronuntiatio novis sponsis multas errationes et pericula impendere, dum a Nili ripis feliciter domum reveniant. Quo oraculo in iussum dei accepto parentes novos nuptos in navem imponunt, ut — scriptor seriem casuum mari terraque narrare possit. Quanto melius eiusmodi errores a Charitone probantur, qui Callirrhoen iam praegnantem a marito suspicione furente calcis ictu percussam et mortuam creditam sepeliri iubet, in sepulcro excitari et a praedonibus rapi, ut infelix maritus vestigia eius quaerens variis casibus similiter atque uxor obnoxius sit. Anthea tum demum simili atque Callirrhoe fortuna utitur, cum medicamento quodam mortem quaerit, ut matrimonium per vim sibi ab irenarcha Perilao impositum effugiat. Qui locus in episodio *Ephesiacorum* Xenophontis adhibitus imitatorem prodit, qui ceterum ne partium quidem populi, nuptiarum conciliatoris, oblitus, populum Ephesium, qui die festo Veneris in pompa sollemni primum Chabrocomem et Antheam una vidit, exclamare iussit: Quam pulchri coniuges erunt! — Fabulae Charitoneae auctoritas atque efficientia apud Xenophontem etiam in eo conspicitur, quod oriente pererrato primum iuvenem Syracusas mittit, in casa piscatoris cuiusdam collocat et lapidibus contundendis victum quaeritantem facit, tum Antheam a lenone Tarentino in Aegypto emptam in Italiam meridionalem ducit, ut inde et iuvenem et puellam in Rhodum, inde Ephesum transportet. Haec fabulae Charitoneae apud Xenophontem quasi rudimenta maiorem vim habere videntur, quam argumenta e magis artificiosa compositione historiae de Callirrhoe a Schisselio petita, quibus vir doctus usus est, ut Antheam priorem fuisse contenderet. Nos quidem contrariam rationem accipimus et Xenophontem non solum imitatorem, sed etiam aemulatorem Charitonis fuisse putamus, qui eadem atque ille vixit aetate.

Aemulatorem Xenophon se ostendit, cum pro Charitonis Theone, mendaci latronum sepulcris spoliandis addictorum duce et mangone, qui mox in narratione apparere desinit, suum Hippothoum induxit, generosi latronis exemplum, iam dudum declamationibus scholasticis adamatum, qui non solum amore Antheae, ut multi alii, accenditur, quam amici uxorem esse nescit, sed etiam priorem suam vitam civis honesti narrat et sub finem historiae latrocinio omisso ad eam redit, vidua quadam divite in matrimonium Tauromenii ducta, qua mortua in

Italia divitiis frui constituit, sed prius Antheam a lenone emptam et postea cognitam amico reduxit, quocum (et cum eius uxore) in epilogo cenae adhibetur virtutis praemio proverbiali. Praeter narrationem vitae Hippothoi auctor episodium inserit, in quo Habrocomae hospes Syracusanus, piscator ille, qui uxoris suae mortuae corpus medicatum in casa asservat, historiam amoris sui exponit, nullo vinculo cum ipsa fabula cohaerentem. Sed non solum eis episodiis cursus narrationis, apud Charitonem recta via procedens, retardatur; Xenophon tot nodos actioni implicat, ut multis momentis amantes iam perituri sint, immo pereant, cum inopinanter mirabilibus modis a deis, quos saepe invocant, serventur. Ut etiam minus castas aures titillet, Xenophon primam novorum nuptorum noctem matrimoniique consummationem accurate describit, tum piratam Corymbum amore Habrocomis flagrantem inducit, denique Hippothoum, adhuc honestum eadem libidine in sceleris viam ductum esse fingit. Differentiarum inter Xenophontem et Charitonem intercedentium haec gravissima videtur esse, quod scaenam illam extremam, nominibus historicis insignem, plane amovit fabulamque sua aetate collocavit, cum duo qui tum erant magistratus Romanos appellavit, scilicet praefectum (ἄρχων) Aegypti et irenarcham Tarsensem.

Nihilominus colores ad eam aetatem pingendam non e vita sumpsit, sed e variis litterarum antiquarum generibus, partim eisdem, quae a Charitone adhibita sunt, ut elegia Alexandrina et nova comoedia Attica, partim e tragoedia Attica, cui historiam Phaedrae Euripideae bis repetitam in episodio Habrocomae (cum Mantone et cum Cynone) debet nec non locum de Anthea a domina pastori caprarum Lamponi in matrimonium data qui, ut rusticus ille, cui apud Euripidem Clytaemestra Electram uxorem dedit, iure mariti non fruitur. Electrae Aeschyleae vestigiis Habrocomes in epilogo incedit, cum ex coma iuxta donum votivum, ab Anthea olim depositum, inventa, uxorem nuper in templo Solis fuisse conicit moxque cum ea congreditur. — Eiusmodi delectu diversorum ab his, quibus antecessores usi sunt, fontium exemplorumque efficitur, ut unaquaeque earum, quae servatae sunt fabulae amatoriae, diversam sibique propriam speciem seu faciem exhibeat. Nihilominus Xenophon, quamquam plus Charitone tragoediae debet, ei propior est, quam ceteri scriptores erotici.

Si verum esset, quod communiter fere affirmatur, Xenophontis quinque libris tantum epitomen pristinae operae repraesentari, quam Suidas (i. e. liber Suda) decem libros continuisse perhibuerit mirandum nobis esset quod epitomator omnes libros uno atque eodem modo dimidia ex parte minuerit neque ullo loco plenum textum servaverit, qui quidem ipso genere dicendi atque enuntiatorum structura a narratione epitomatoris differret. Tota enim epitome eodem stilo scripta est, quod ab usu eorum abbreviatorum abhorret, qui etiam nostris temporibus magnos ideoque magni pretii libros ita (ex. gr. in usum iuventutis) praeparant ut eminentissimas fabulae partes integras servent, ceteris brevissime narratis, ne fabulae tenor nimium laedatur. Novimus tales epitomas trilogiae Sienkiewiczianae (ut alia exempla aliarum nationum omittamus), quibus quamquam non ex dimidia, sed e vicesima fere parte magnae illae fabulae minutae sunt, tamen chrestomathiae cuiusdam vicibus funguntur, ex quibus ipsa verba scriptoris cognoscuntur. At Xenophon Ephesius ita, ut creditur, epitomatus nihil fere a Trogo in Iustini epitoma servato differret. Quod tamen in rerum gestarum scriptoris opere abbreviato utilitatem habere potest, idem fabulae amatoriae, ut omni fictioni poeticae nocet, in qua non ipso argumento, sed eius forma delectamur et saltem disiecta membra cognoscere volumus. Epitome autem, quae creditur, *Ephesiacorum* nulla re nisi circuitu ab eis librorum argumentis seu summariis differret, quae in usum discipulorum conficiuntur, ut librum quendam, etiam quem non legerunt, „propriis verbis enarrare" possent. Charitonis papyro Thebana s. VII seu VIII docti sumus fabulae per saecula adamatae textum, qui tamquam res communis haberetur, a librariis in singulis vocabulis et locutionibus mutari et variari posse, sed ad Xenophontis, quae perhibetur, epitomen aestimandam nihil inde lucramur. Nihil igitur restat, quam ut Suidae numerum librorum *Ephesiacorum* corruptum esse putemus (ut corruptus est eius numerus *Babyloniacorum* Iamblichi) et fabulam re vera non amplius quinque libris compositam, quae pentas ut frequenti usu, ita fortasse ea re ducta est, quod Charitonis narratio, quamquam octo libris composita est, actionem in quinque actus manifesto divisam [14] exhibet, quae divisio imitatori aemu-

[14] R. Reitzenstein, *Hellenistische Wundererzählungen*, p. 95 s.

latorique accepta visa est, ad quam suam actionem satis intricatam quinque libris accommodaret.

6. Iamblichus controversia integra de uxore, cui in somniis visum est se cum servo concubuisse, a marito in crimen adulterii vocata, non solum plenum iam atticistam eundemque sophistam ostendit, cuius genus dicendi ex epitome Photiana minus accurate cognoscitur, sed etiam praecipuum quasi penum inventorum eius indicat in rhetorum ludis iam dudum praeparatum. Ex eorum declamationibus cum illi tyranni eorumque administratores scelesti, sed etiam iusti iudices, nec non latrones, piratae, virgines sacerdotesque raptae originem ducunt, tum eorum historiae nascuntur, quarum ope vel actioni primariae novi atque novi casus suppeditantur, vel episodia ab ea aliena ad Xenophontis Ephesii exemplum finguntur. Quorum maximum ad Veneris sacerdotis, in insula deae sacra vitam degentis subolem pertinens eo modo cum fatis Sinonidis et Rhodanis coniungitur, quod duo sacerdotis filii huic simillimi dicuntur, filia autem illi, quo fit, ut homines inter se forma compares permutentur. Artificium („qui pro quo") poetis comicis adamatum apud Iamblichum et hic et alibi funestas secum ducit conturbationes. Nam si Xenophon Ephesius (nec aliter Chariton), ut amantium suspiriis gemitibusque nec non lacrymis legentium mentes ad miserationem adducerent, studuerunt, *Babyloniacorum* scriptor horrorem excitare mavult ideoque cruore omnia madefacit. Quod ei eo facilius contingit, quo vehementioribus animi impetibus libidinibusque personae fabulae agitantur. Ipsa Sinonis suspicione fidei coniugalis a Rhodane violatae talia facinora committit, ut nomen homicidae (φονεύς) promereat. Quam longe ea quidem distat ab eis exemplaribus virtutis, quae in Callirrhoe et Anthia proposita sunt!

Nihilominus Sinonis, quae ut Rhodanis creditam infidelitatem ulcisceretur, se Garmo nupturam esse minatur, idem faciendum animo proponit, quod Callirrhoe aliis rationibus ducta reapse fecit, cum Dionysio nupsit. Et ut in hac re, ita etiam in nonnullis aliis inventis gravioris momenti Iamblichus e Charitone pendet. Nam ut ille (etiam Xenophon), amantium par matrimonio iam coniunctum in errores mittit et amore regis barbari novam nuptam vexatam describit (partes mitis Artaxerxis Persarum regis hic crudeli Garmo Babylonio deferuntur, qui eodem fere modo ac Paapis Antonii Diogenis amantes perse-

quitur), et reginae cuidam heroidem in tutelam tradit (Callirrhoes patrona Statira erat Persica, Sinonidis Berenice Aegyptia) et hostibus Garmi Rhodanem praeficit, ut Chaereas a seditiosis Aegyptiis in bello contra Persas princeps constitutus est. Uterque iuvenis gloria bellica ornatus uxorem recuperat. Quod autem Iamblichus se veram historiam de Sinonide et Rhodane a mago Babylonio accepisse profitetur quodque et Garmum et Rhodanem et nonnullos alios nominibus ornat e radicibus linguarum orientalium fictis, documento esse potest etiam ab eo colorem quendam historicum affectatum esse.

Magia Babylonica (quam praecipuo exposuit episodio) ad imitationem magiae Aegyptiae, ab Antonio Diogene descriptae, videtur esse inducta ideoque Garmus, in locum Artaxerxis Charitonei substitutus, etiam Paapidis Antoniani nonnulla exhibet oris lineamenta. Ceterum ipsa casuum mirabilium farrago magis Antonii varia monstra in memoriam revocat, quam humanos casus a Charitone in octo libris descriptos, ita ut *Babyloniaca* ex utroque genere litterarum conflata appareant. Quae materies cum octo libris contineri non potuisset, Iamblichus numerum librorum duplicavit. Quod enim Suidas de triginta novem *Babyloniacorum* libris tradit, falsum efficitur ipsa Photii epitome respecta, in qua totum fabulae amatoriae argumentum in libro XVI exhauritur.

Iamblichi opus etiam fine s. IV pervulgatum fuisse Theodori Prisciani (*Rer. med.* II 11 p. 133,9 Rose) testimonio docemur, qui nonnullis aegris lectiones commendat *animum ad delicias pertrahentes, ut sunt Amphipolitae Philippi aut Herodiani aut certe Syrii Iamblichi*, aut aliorum, qui suaviter de amoribus narrant. Philippi *Rhodiaca* cum a Suida inter turpissimos libros ponantur (ἔστι δὲ τῶν πάνυ αἰσχρῶν) etiam Iamblichi fabula, eodem loco et numero a Prisciano habita, salacitate tumuisse videtur, quae in pii patriarchae Photii epitoma suppressa est. At Xenophontis Ephesii primae noctis novorum nuptorum accurata descriptio specimen praebet eius elementi, ad quod in fabula adhibendum occasiones non deerant. Quamquam enim fidei coniugum laudatores pium animum ostendebant et amantes pietate insignes describebant, tamen ut legentes delectarent ascesin illam Pythagoream fugiebant.

7. Anacreonteum illud vel Theocriteum, immo Graecum studium pulchritudinis et voluptatis, quod facile in libidinem de-

scendebat, quattuor libri (Chariton dimidiatus) Longi spirant de amoribus Chloes et Daphnidis. Propria operis facies rursus a specie antecessorum diversa est et ex exemplo pendet, quod imprimis imitandum auctor sibi proposuit, nempe ex idyllio bucolico. Qui Pseudo-Theocriti *Oarystin* (*id.* 27) genuinae esse naturae imaginem putat, etiam Longi simplicitatem admirabitur; sed qui illud colloquium rusticum luxuria subtiliter excogitata imbutum esse sensit, idem iudicium de adulescentulorum et nascente et crescente amore feret. Maiore admiratione ars digna est, qua Longus ea quibus ipsa natura fabulae amatoriae maxime continetur, in idyllio suo quasi occulte collocare scivit. Itaque Daphnidi duo rivales opponuntur, Dorcon et Lampis, quorum ille puellam insidiose in stuprum illicere conatur, hic eam rapit. Nec ipse castus puer a tentationibus mulieris libidinosae et spurci parasiti (qui Corymbo Xenophontis Ephesii Habrocomae amore correpto respondet) liber est. Sed contra morem priorum scriptorum eroticorum fides ab utroque amante quodammodo frangitur, cum puer inscius a Lycaenio (= lupa) amoris physici arcanis initiatur, puella Dorconi morienti pro fistula pastoricia osculum dat, quod apud Daphnidem reticet. Quid, quod puer etiam a piratis in mare rapitur, sed puellae auxilio servatur? Nec bellum deest propterea ortum, quod ephebi Methymnenses, saltus Mytilenensium venando peragrantes et ab horum pastoribus verberibus mulcati et propulsati cum civibus armatis redierunt, et cum aliis rusticis etiam Chloen in captivitatem iam ducebant, cum Fauni (Πανός) interventu et praedam et captivos reddere coacti sunt. Quod bellum cum solum temporibus liberae Graeciae exoriri potuerit, narratio inde colorem quendam historicum accipit, iam prius a Charitone et Iamblicho affectatum.

Eis, quae enumeravimus, elementis a Charitone, Xenophonte Ephesio, Iamblicho magnae quasi tabulae expictae sunt, cum in Longi idyllio ita deminutae apparent, ut in eis tabellis pusillis, quae hodie „miniaturae" appellantur. Quo factum est ut a viris doctis fere neglegerentur. Attamen eorum rudimentis probatur Longum mox post illos scriptores vixisse, quorum figmenta fabulis amatoriis propria respicere officii sui esse putaverit. Accedit perfecta atticitas, qua usus est auctor idyllii et propter quam idem locus ei debetur.

Qui quo saeculo ponendus esset, diversae dictae sunt sen-

tentiae. Nam Rohdeus trium saeculorum (III, IV, V) electionem tulit, quamquam ipse se sentire professus est Longum Achilli Tatio exemplum fuisse, quem quidem s. V medio attribuit. Quam rationem inter Longum et Achillem intercedentem etiam Garinus[15] Kerényiusque[16] agnoverunt, sed Achillis tempore aliter definito ille s. II/III, hic ante priorem s. III partem Longum collocavit. Ipso dicendi genere Norde-nus[17] permotus est, ut eum sophistis saeculi II adnumeraret, qua in re H. Reichium[18] sectatorem habuit, cui visum est Alciphronem, Luciani aequalem, a Longo imitatione expressum esse. Nihilominus Schisselius[19] propter „internas rationes" (quae quidem ad compositionem maxime spectant) infra s. III partem alteram dimidiam descendere noluit. Guil. Schmidius[20] saeculum III defendit, cum scripsit, Longi nimiam artis linguaeque subtilitatem s. II difficilem esse cogitatu, s. IV vero ne cogitari quidem posse.

Cui ratiocinationi hoc respondemus: artem, qua complicata fabularum compositio quasi directa et simplex facta sit, nimiae subtilitatis appellationem non mereri, genus autem dicendi atticum praecipue s. II floruisse, quo etiam sophistica illa ἀφέλεια Longi propria, ad culmen pervenerit. Quid quod caelum quoque serenum hominumque idyllii beatitudo cum infelici saeculo III minime convenit, beatissimo vero Antoninorum aevo plane respondet? Quae cum ita sint, ne signo interrogationis quidem tempus ca 200 cum Wilamowitzio in dubium vocemus, sed non ita longe post Iamblichum Longo locum designemus.

8. Longi opus in ceteris partibus cum idyllio pastoricio, nova comoedia, fabula, quae tum iam erat, amatoria affinitatem exhibens, unum in eo litterarum genere novum continet, nimirum artem amandi, cuius praecepta a Phileta sene dantur, usus a Lycaenio puero ostenditur. Quae novitas ab Achille Tatio ita suscepta atque explicata est, ut quaecumque olim a Platone, Xenophonte Atheniensi, aliis philosophis de amore

---

[15] Studi ital. 17, 1909, p. 437 ss.
[16] P. 56 adn. 59; 225 s; 461 adn. 159.
[17] *Kunstprosa* I p. 437 s.
[18] *De Alciphronis Longique aetate*, diss. Regimont. 1893.
[19] RE 13, 1927, col. 1452, 28 ss.
[20] Christ-Schmid II 2^6 p. 823.

et matrimonio dicta sunt, ea narrationi de Clitophontis et Leucippes amore admisceret et de eis rebus personas suas disputare declamareque iuberet. Ab eiusmodi declamatione de amore, immo a disputatione scholastica super habitam modo declamationem narratio de Metiocho (papyro Berolinensi s. II servata) incipit, qui quidem contra vulgatam opinionem de deo Amore sagittis et face corda vulnerante et urente (de quo etiam Philetas apud Longum narrat) philosophicam (hedonicorum) profert sententiam qua amor „afflatus quidam mentis quasi calorem ferens" (νοερὸν πνεῦμα πνέον οἷον θερμότητα) dicitur ipseque se eum nec expertum esse nec umquam experiri velle profitetur. Quae physica amoris conceptio quamquam a Xenophonte aliena est, qui amoris eximiam quandam pulchritudinem, quae est supra veram, aliorum eroticorum more celebrare non desinit, tamen multa non secundum commenticias eorum ideas[21], immo ex vitae usu describit ita, ut narratio eius saepe non fictae cogitationis imago, sed imitationis verae vitae lineamenta exhibeat. Ea enim, quae narrantur, auctoris tempore gesta hoc modo designantur, ut is quidem forte cum ipso Clitophonte congrediatur, qui ei fata sua exponat. Est igitur tota narratio quasi confessio vel commentarius ipsius amantis, ab Achille repetitus et publici iuris factus.

Qua confessione meditationes de deo Amore omnium potentissimo a scriptore tum institutae probantur, cum imaginem Europae a Iove tauri forma induto raptae contemplabatur. Ipsum initium narrationis a tabula picta captum, quae ab advena scriptori quodammodo explicatur, ad Longi imitationem fictum est, ad quem in genere dicendi proxime accedit[22] (linguae enim vulgaris vestigia[23] nonnulla mimorum, ex quibus hausit, imitatione facile explicantur) et qui etiam in aliis Achilli viam monstravit. Ut enim ille, auctoris fabulae de Nino vel de Metiocho exemplum secutus, non in limine narrationis, sed in ipso fine amantes matrimonio iunxit, ita hic non novorum nuptorum, ut Chariton, Xenophon Ephesius, Iamblichus,

---

[21] De Charitonis imitatione praecipue in libris VI—VIII conspicua scripsit Garin l. l. p. 433 ss, de imitatione Xenophontis Ephesii ibid. p. 450 ss.

[22] H. Sexauer, *Der Sprachgebrauch des Romanschriftstellers Ach. Tat.*, diss. Heidelbergensis 1899.

[23] Naber, Mnemos. N. S. 4 p. 342 ss.

sed sponsi et sponsae fidem experitur. Sed Clitophon non ad imaginem Hippolyti Euripidei fictus est, quem apud illos adulescentuli imitati erant, immo ante Leucippen cognitam meretricibus intime usus esse dicitur, qua re ut veri adulescentium mores depinguntur, ita Daphnidis a Lycaenio corrupti infidelitas inscia ab Achille respicitur. Verae vitae imitatorem is quidem etiam tum se ostendit, cum amantium iam iam perieturorum salutem naturali quodam modo (nonnumquam mimorum artificiis usus) affert neque religionem antecessorum, praecipue Longi, nimis curat. Quibus omnibus inventis novis, immo ex alia fabulae eroticae specie, quae Petronii *Saturis* nec non Lucii Patrensis Apuleique *Metamorphosibus* repraesentatur, perceptis narratio amatoria antiquitus tradita ad verae vitae imitationem perducitur et quodammodo pristinam naturam suam deserit.

Tempus, quo ea mutatio ab Achille facta est, *Rohdeus* ita definivit, ut Musaei, cuius epyllio Heronis et Leandri s. V medio, ut putavit, amor infelix celebratur, vestigiis quibusdam apud eum repertis, historiam Clitophontis et Leucippes secunda parte dimidia s. V poneret, quamquam bene scivit Musaei epyllion ex exemplis poetarum Alexandrinorum pendere, quibus etiam Achilles vel indirecte uti potuisset. Guil. Schmidius[24] cum Nonno eum coniungere maluit et ad s. V medium referre. Sed postquam Lehmannius[25] demonstravit potius ipsum Musaeum nec non Aristaenetum, qui s. V/VI vixit, Achillis imitatores esse, iam ad s. IV viri descendebant, cum fragmenta Pap. Oxy. X nr 1250 s. IV ineuntis edita in s. III Achillem contraxerunt. Cui saeculo Bollii[26] observatio favere visa est, qui virginitatis probationem in Fauni antro Ephesio factam (8,12) et in eo cultu singularem e Bardesanis gnostici (qui prima parte dimidia s. III vixit) libro sumptam esse coniecit. Qua in probatione cum ea femina, quae iam non casta fuerit, in antro apparere desinere dicatur, Kerényius[27] similis casus in Philostrati *vita Apollonii Tyanensis* commonefecit indeque fabulam Achillis in secundam s. III partem dimidiam, vel potius ad tempora Alexandri Severi (222—235) rettulit. Propensus

[24] RE 1, col. 245.
[25] *De Achillis Tatii aetate*, diss. Vratisl. 1910.
[26] Philol. 66, 1907, p. 11 ss.
[27] l. l. p. 57 adn. 50.

enim erat ad partem eorum opinionis capiendam, qui fabulae amatoriae scriptorem eundem Achillem esse putaverunt, cuius *Isagoge* astronomica in Arati *Phaenomena* ad nos pervenerit, quae quidem sub titulo *De sphaera* (περὶ σφαίρας) apud Suidam latere videretur. Sed qui ab eodem proferuntur tituli operum scriptoris erotici *De etymologia* et *De historia miscellanea, qua multi et admirabiles viri commemorati sunt* (πολλῶν καὶ μεγάλων καὶ θαυμασίων ἀνδρῶν μνημονεύουσα) potius cum grammatico consentiunt, quales multi post Chr. n. exstiterunt, quam cum scriptore erotico i. e. poeta. Itaque Suidas et hic, ut saepe alibi, duorum homonymorum, grammatici et poetae libros eidem auctori adscripsisse videtur.

Nec pluris valet opinio fere communis, qua Achilles Heliodori imitator fuisse contenditur[28]. Nam ut in ratione, quae inter Tatium et Musaeum vel inter Xenophontem Ephesium et Heliodorum intercedit, definienda eadem retro verti potuerunt ita, ut Musaeus Tatii, Heliodorus Xenophontis Ephesii imitator evaderet, ita et hic probari potest Tatium Heliodori antecessorem fuisse, ipsumque Longi[29], Xenophontis Ephesii[30], Luciani[31] (praecipue Ps.Luciani *Amores*), Aeliani[32] opera in usum suum convertisse. Si Bollio Kerényioque fidem daremus, qui etiam Bardesanis nec non Philostrati II vestigia apud eum invenisse sibi visi sunt, post initium s. III vita eius collocanda esset. Sed cum etiam apud Longum Chloes castitas cantus fistulae Fauni in antro resonantis testimonio confirmetur, Philostrati autem locus de Apollonio Tyanensi cerni desinente cum virginitatis experimento Tatiano vix aliquid commune exhibeat, a Bardesane et Philostrato nullum indicium temporis Achillis petendum est et Achilles Tatius s. II exeunti relinquendus.

9. Eae, quas adhuc observavimus, mutationes quasi coloris fabularum amatoriarum imitatione diversorum exemplorum

---

[28] Rohde, *Gr. Rom.*[3] p. 59, 514; P. Neimke, *Quaestt. Heliodoreae*, diss. Halens. 1889, p. 22; Garin, Stud. ital. 17, 1909, p. 447 s; Schissel v. Fleschenberg, *Entwicklungsgesch.* etc. p. 63 ss; Christ—Schmid II 2[6] p. 1046 s.

[29] Garin l. l. p. 437 s.

[30] Ibid. p. 450 ss.

[31] F. Wilhelm, *Zu Achilles Tatios*, Rh. Mus. 57, 1902, p. 71 ss; Lehmann l. l. p. 56 ss.

[32] A. Stravoskiades, *Ach. Tat., ein Nachahmer des Platon, Aristoteles, Plutarch, Aelian*, diss. Erlangensis 1889.

creatae sunt. Nam Xenophon Ephesius novae comoediae assecla, ad verâm suae aetatis vitam aliquantum accessit. Longus, carminis bucolici amator, pastorum vitam depinxit, Achilles, mimos secutus, a rusticitate quadam ferocitateque hominum et morum describenda non abhorruit. Naturam fabulae eroticae antiquitus traditam et a Charitone observatam, a Iamblicho depravatam Heliodorus Emesenus decem libris *Aethiopicorum* de Theagene et Chariclea scriptis ab interitu servavit, cum eam ad historiae nec non ad carminis epici dignitatem revocavit, illam genere dicendi a brevium sententiarum saltatione alieno et amplo periodorum historicarum ambitu defluente, hoc compositione in medias res inducente imitatus. Qua cura in compositione artificiosa et in elocutione rhetorica adhibita ipsam inventionis novitatem non affectavit, sed quas apud antecessores res idoneas invenerat, eas in usum suum convertit. Quod actio fabulae eo tempore fuisse fingitur, quo Aegyptum satrapae Persici administrabant, ut Mithridates ille ac Oroondates, Memphide sedem habens, ad aetatem ante Alexandrum Magnum revocamur, qua etiam Chariton amantes suos vivere iussit. Prioris satrapae nomen, quo apud eum satrapa Cariae designatur, non minus eius exemplum indicat, quam inopinata mentio Siciliae, in qua Theagenes et Chariclea e portu Delphico in Aegyptum navigantes a piratis rapti dicuntur. Cum ea tamen aetate Aethiopum regnum potentissimum non convenit, quod quidem Ptolemaeorum aevo exstitisse traditur. Aethiopibus cum praeter multas alias gentes remotissimas etiam Blemmyes et Axiomitae servire fingantur, quorum illi ca a. 250 p. Chr. n. Aegyptum vexavisse traduntur, hi a Diocletiano tributum poposcerunt et receperunt, imago historica quodammodo labefit, non adeo tamen, ut ipse color historicus, quem Heliodorus intendit, apparere desinat.

Plura inventa Heliodoro cum Xenophonte Ephesio communia sunt. Nam eius Chariclea ipso fabulae initio Dianae vestitu apparet, ut apud Xenophontem Anthea. Ipsa puella a praedonibus rapta locus communis est, nisi quod apud utrumque in bucolorum Aegyptiorum manus incidit, sed Chariclea rapta simili fere modo nuptias cum Thyamide moratur atque Anthea nuptias cum Perilao. Phaedrae Euripideae locus a Xenophonte in historia Mantonis et Habrocomae adhibitus, bis ab Heliodoro inducitur: in historia Arsacae et Theagenis nec non Cne-

monis eiusque novercae. Qui Cnemon eodem modo nocte quadam fata sua narrat ut Hippothous apud Xenophontem, qui quod ex honesto cive Perinthio se propter amorem infelicem ad latronis vitam compulsum esse conqueritur, narrationem Calasiridis Heliodorei in memoriam revocat, qui sacerdos Memphiticus propter mulierum tentamina et filiorum discordiam futuram ex astris cognitam relinquit patriam. Apud utrumque denique scriptorem (ut res levioris momenti omittamus) puella probationem virginitatis subire cogitur. Inde quaestio orta est, uter utrum imitatus sit, et a Rohdeo et Schnepfio[33] Heliodorus Xenophontis antecessor, a Garino[34] imitator est declaratus. Quae scriptorum mutua ratio cum in utramque partem accipi possit, aliud argumentum iam a Rohdeo propositum, a Münschero[35] probatum est, qui Neopythagoreorum doctrinae vestigia apud Heliodorum apparentia ex Philostrati *vita Apollonii* deduxerunt, quam Münscherus mox post a. 217 scriptam esse contendit. Sed et hoc indicium satis labat, cum praeter *Apollonii vitam* Philostrateam alii quoque fontes doctrinae neopythagoricae inde a I saeculo patuerint. Certiorem ansam Solis cultus Heliodori proprius praebet, qui quidem a doctrina novorum Platonicorum a medio fere saeculo III florentium nondum tactus est. Inde Münscherus[36] ante a. 250, accuratius fere inter a. 220 et 250 eum collocavit, Garinus[37] cum Heliogabali regno (217—222) imperatoris genere Emeseno Solis sacerdotum orti scriptorem coniunxit, qui in subscriptione operis indicavit se Phoenicem esse Emesenum e stirpe dei Solis, Heliodorum Theodosii filium.

Garini opinio magis nobis placet, quam Guil. Schmidii[38] vaga sententia, qui ultimum scriptoris tempus saeculum III admittit, ita ut vel altera eius saeculi pars media cum Rohdeo accipi possit. Ea sunt enim infaustissima tempora imperii Romani, quibus praeter philosophos Neoplatonicos et gentiles et Christianos nulli fere alii scriptores, nedum poe-

---

[33] *De imitationis ratione quae intercedit inter Heliodorum et Xenophontem Ephesium*, Campidonae 1887.

[34] Studi ital. 17, 1909, pp 442—446.

[35] RE 8, 1912, col. 21, 18 ss.

[36] l. l. col. 23, 63.

[37] l. l. p. 458.

[38] Christ—Schmid II 2[6] p. 822.

tae exstiterunt. At contra non solum Septimio Severo (193—211) et Caracalla (211—217) imperante, sed etiam Heliogabalo (217—222), Alexandro Severo (222—235) usque ad Gordianum III (238—244) multi sophistae (ut Philostrati), nonnulli poetae (ambo Oppiani), plures historici (Cassius Dio, Herodianus) vixerunt, quorum in societate etiam Heliodorus collocari potest. Philostrati II genus dicendi atticum, moderatum ut apud Lucianum, atticismo Heliodori [39] proximum est, cuius rara sermonis vulgaris vestigia, etiam apud Xenophontem Ephesium occurrentia, ei cum aliis scriptoribus s. III communia sunt. Quid quod etiam Philostratus II ad Alciphronis imitationem epistulas scripsit amatorias, quarum genus litterarium cum fabulis amatoriis artissime cohaeret?

Heliodorum quominus Heliogabalo regnante scripsisse et Solis cultorem fuisse putemus, minime traditione historici ecclesiastici Socratis (5,22) prohibemur, qui praescriptum quoddam ecclesiasticum ad Heliodorum, Triccae (in Thessalia) episcopum refert, qui aetate iuvenili *Aethiopica* scripsisse dicitur (λέγεται). Socrates tamen tempus, quo ille episcopus vixit, non definit, notitiam autem suam famae se debere confitetur, quae quidem inde originem habuisse videtur, quod Triccae ante s. V Heliodorus quidam episcopus exstiterat, cui propter homonymiam *Aethiopica* sint attributa. Ipsa tamen vel ferventissimi Solis cultoris conversio per se non esset reicienda (Sauli enim non semel Pauli fiebant), si certioribus testimoniis confirmata esset. At Socratis λέγεται, quod in Photii (Cod. 73) φασίν resonat, tale testimonium non praebet. Eo minus Nicephori Callisti (s. XI) narratio de episcopo Heliodoro, qui a Synodo evocatus, ut aut librum noxium adulescentiae combureret aut dignitatem ecclesiasticam deponeret, maluerit librum quam mitram retinere. Quae fabella una cum Socratis testimonio per saecula propagata (narrat eam s. XVI Montaignius *Ess.* 3,8) tantam vim habuit, ut etiam s. XIX ineunte *Aethiopicorum* editor C o r a e s vestigia religionis Christianae apud Heliodorum quaereret (locum tamen e Philonis Alexandrini *Vita Moysis*

[39] I o s. F r i t s c h, *Der Sprachgebrauch des griech. Romanschriftstellers Heliodor u. sein Verhältnis zum Attizismus* I. II, Progr. Kaaden 1901, 1902; D a v i d B a u m g a r t e n, *Quid Xenophonti (Atheniensi) debeat Heliodorus Emesenus,* Studia Leopolitana IV 1932, pp 1—36.

3,24 sumptum[40] *Aeth.* 9,9 non animadvertit), s. XX autem Oefteringius[41] traditioni a Socrate servatae fidem daret.

Cum semel in religionis Christianae memoriam cum Heliodoro coniunctam inciderimus, non ab re videtur esse addere amantium castitatem abstinentiamque e fabulis sophisticis mature in apocrypha *Acta apostolorum* inductam esse, ad quorum imitationem *Vita sanctarum feminarum Xanthippae, Polyxenae et Rebeccae* conscripta tam gentiles fabulas amatorias[42], quam Clementinas recognitiones, iam earum elementis imbutas in memoriam revocat. In id enim genus litterarum Christianarum fabulae illae gentiles exierunt, quibus in litteris Graecis s. IV iam nullus locus fuit, cum nec in gentilium nec in Christianorum scholas grammaticas et rhetoricas receptae ab „ascetico" aetatis ingenio maxime abhorrerent. Lacunam ab iis relictam iam s. IV carmina epica (ex. gr. Quintus Smyrnaeus) expleverunt, quorum specimina s. V (Nonnus, Tryphiodorus, Colluthus, Musaeus) ita ad fabulae amatoriae naturam accedunt, ut pro fontibus eius perperam haberi potuerint. Ipsius Heliodori opus ultimus idemque splendidissimus flos est in fictionum sophisticarum horto natus. Cuius tempore mox post s. III primam quartam accepto, Vellei observatio illa de arto temporis spatio, quo singula litterarum artiumque genera ad florem perveniunt, minime laedetur, si Iamblichi aetate certa pro cardine chronologiae sumpta Charitonem Xenophontemque Ephesium parvo ab hoc separaverimus, mox post eum Longum et Achillem Tatium collocaverimus, quo fiet ut aetatem secundae quae dicitur sophisticae in eo litterarum genere s. II fere medio incipientem tantummodo ad priorem partem quartam sive mediam s. III protrahamus. Nihil enim fallacius est opinione necesse esse, ut imitatores ab exemplis suis aliquot saeculis vel uno tantum vel eius parte dimidia distent, cum nostrorum quoque temporum experientiâ Vellei sententia confirmetur eminentissima cuiusque professionis ingenia in idem artati temporis congruere spatium, eorumque asseclas aemulatione ali et nunc invidia, nunc admiratione ad imitationem accendi.

Cracoviae.

[40] Lumbroso, Archiv f. Pap. 4, 1908, p. 66.

[41] *Heliodor u. seine Bedeutung für d. Lit.*, Berol. 1901.

[42] Schissel v. Fleschenberg, *Entwicklungsgesch.* etc. pp 95—104.

DE COMMENTARII IN HERMOGENIS *STATUS* E TRIBUS INTERPRETIBUS CONFECTI (*Rh. Gr.* IV WALZ) RECENSIONE IN CODICE PAR. GR. 2923 (Py) OBVIA

Scripsit

GEORGIUS KOWALSKI

Py codicis lectiones ne diutius in scriniis cohiberem eis rebus inductus sum quod belli postquam eae curae silentia tulerunt, nullo fausto augurio indicatur oblaturam se esse promptam facultatem Trium Interpretum Commentarii pleniore apparatu critico instruendi edendique; tum etiam propterea me non contineo quod vix longius ferendum esse reor plus quam saeculari tabe Walziana studiorum ceteroqui prospera incrementa inquinari.

Itaque quae fortasse simplicius adnotanda erant singulis paginis ac lineis editionis Walzianae, digessi brevitatis causa in capitula satis ad palaeographicam rationem, qua discipulos meae officinae Hermogeneae operarios imbuendos curabam, accommodata, ut disputationis specie complecterer materiae criticae vastitatem informem quae nisi textui subiceretur, incondita esset iacitura.

Alterum Parisinum 2921 (desinit hic quoque f. 355 r in verbis 4,845, 17 ὅτι ἐν) in Aldina expressum nullius esse pretii cum cognoverim, prorsus neglegendum statuo.

Parisiensem 2923 (Par. I. vel simpliciter Par.) vero in perpoliendo hoc commentario constanter ad manus habui: plurima ad verbum contuli... WALZ, *Rh. Gr.* 4 praef. 8. Quae quantum a veritate abhorreant, eis quae subsequuntur, demonstrabitur. Primum enim quamquam recte WALZ ibid. p. 7 animadvertit egregium hunc codicem ibi constantem et optimam medelam praebere, ubi oculi ab uno ad alterum ὁμοιοτέλευτον aberrantis lapsu caecae lacunae ortae sint, tamen ipse saepius ea optima medela usus non est. Itaque primum ea quae haud ita paucis locis plerumque intra idem vocabulum bis positum aut simili desinatione instructa duo supplenda sunt, ex codice Py proponam.

58, 27 *χρήσασθαι· πᾶν γὰρ νόημα δικανικὸν καὶ συμβουλευτικὸν ἢ διαβολὴν ἢ ἔπαινον ἔχει.*

75, 4 *δικαιολογικάς, διὰ δὲ τοῦ δικαίου τὰς νομικάς, διὰ δὲ...*

82, 28 *ἐστιν· ὅρος δὲ πράγματος οὗτος πρᾶγμά ἐστι...*

96, 11 *ποιότητα. ἀλλ' οὖν παραδέδωκεν ἡ φύσις κοινήν τινα περὶ αὐτῶν ἀναπλάσασθαι ποιότητα·*

116, 15-6 *χρησιμεύουσι καὶ συμβαλλομένοις καὶ τοῖς λόγοις προσήκουσιν.*

137, 8 *κατασκευήν· ἐπὶ μέντοι τῶν προσώπων οὐχ οὕτως· τὸ γὰρ πένης καὶ πλούσιος διάφορον ἔχει κατασκευήν·*

150, 16 *μειράκιον· ἐνταῦθα γὰρ ὁ μὲν κατήγορος, τουτέστι τὸ μειράκιον...*

153, 14 *ὁ φεύγων· καὶ οἷς ὁ φεύγων, τοῖς αὐτοῖς...*

156, 12 *ἄπορον, εἶτα τὸν ὅρον...*

161, 2 *παρειλήφαμεν. παράδειγμα τοῦτο ἀδύνατον θεῖναι. ἢ καὶ ἀπὸ Δημοσθένους τοῦτο ἔλαβεν...*

171, 3 *ἐγγὺς προσέθηκεν. οὐ γὰρ τέλεια ἀσύστατα, ἀλλὰ μελετώμενα· τὸ γὰρ ἐγγὺς...*

214, 18 *ἔλεγχος. ἐλέγχει γὰρ τοῖς ἰδίοις κεφαλαίοις τὸ ἀφανές. οὐκ εἶπεν δὲ ζήτησις, ἀλλ' ἔλεγχος. τὸ μὲν...*

214, 30 *συνήσεται. ἀνάγκη οὖν τεκμήριον εἶναι φανερόν, ἐξ οὗ καὶ ἡ κρίσις συστῆναι δύναται.*

220, 11 *τοῦ ἐγκλήματος, ἐν δὲ τῷ ὅρῳ ὅπερ ὁμολογεῖ ὁ φεύγων, ὑπεύθυνόν ἐστι καὶ μέρος τυγχάνει τοῦ ἐγκλήματος.*

223, 13 *γένη δὲ τὸ δίκαιον καὶ τὸ συμφέρον καὶ τὸ νόμιμον, εἴδη δὲ αἱ λογικαὶ καὶ νομικαί. κύριαι δὲ...*

224, 31 *λογικάς, τὸ δὲ ῥητὸν τὰς νομικάς.*

245, 18 *πρᾶγμα ὑπεύθυνον ὑπολαμβάνειν. ὑπεύθυνον...*

247, 1 *ποιεῖ. ὁ ἐν τῇ μεταστάσει δὲ οὐκ ἀκόλουθα· τὰ κεκωλυμένα γὰρ ποιεῖ.*

247, 21 *πρᾶγμα. ἀλλ' ἀδιάφορον τοῦτο· φέρεται γὰρ καὶ μετάστασις ἐπὶ πρᾶγμα...*

254, 12 *εἶναι, ἐπ' ὠφελείᾳ μέντοι. ἐκεῖ δὲ ἐναγωνίζεται τῷ μηδὲ στρατεύτος εἶναι.*

266, 30 *παράδειγμα. ἀντεισακτέον οὖν ἀντ' αὐτοῦ ἕτερον εἶδος καὶ παράδειγμα.*

269, 19 *νόμον, νόμῳ δὲ χρῆται ἑτέρῳ, ἐν δὲ τῇ ἐκ τριῶν νόμων ἀντινομίᾳ οὐδένα φησὶ παραβῆναι νόμον...*

280, 16 *ἀγῶνος, ἡ δὲ οὐ δύναται τῷ ῥητῷ· διὰ τοῦτο καὶ ὄνομα ἴδιον εἴληφεν.*

287, 6 ἔχει, λέγω δὴ κατὰ ῥητὸν καὶ διάνοιαν, τοῦτ' εἴρηκεν ὅτι ἡ παραγραφὴ ῥητὸν ἔχει,...

290, 27 προβάλλεται, ὁ δὲ κατήγορος τὴν ὁμοιότητα καὶ τὴν ἰδιότητα, ἐν δὲ μεταλήψει τοὐναντίον ὁ φεύγων τὸν συλλογισμὸν καὶ τὴν ὁμοιότητα, ὁ δὲ κατήγορος τὸ ῥητὸν προβάλλεται.

303, 8 τέλους, ἀντίληψις. εἰ ἐμπίπτοι, μετάληψις, χρῶμα. πιθανὴ ἀπολογία· ἃ ἐν τοῖς ἐκ πραγμάτων ἀτελέσι στοχασμοῖς ἐκλείπει.

311, 17 προδοσίας· εὐλογώτερον γὰρ ἐπὶ τούτου μετὰ τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους τὸ κεφάλαιον. λέγοντος γὰρ ἐκείνου ὅτι εἰκόνας ἔστησαν οἱ πολέμιοι, ὅ ἐστι σημεῖον τῆς προδοσίας,...

315 adn. 2 γυναικὶ ἀνδρός. τὸ δὲ ἀπολελυμένην γαμήσας μοιχεῦσαι τουτέστι ἢ αὐτὸς ὑπὸ ζυγὸν ὢν ἢ εἰ καὶ αὐτὸς ἀπολελυμένος, ἀλλ' οὖν ἐκείνης γε ἄδηλ(ον?) ωι(sic)... (incertiora) ὅτε ἀνδρὶ τῷ ἑτέρῳ ἢ τῷ θεῷ.

350, 22 λέγει. ἐπ' ἀμφοῖν δέ· τῆς βουλήσεως λέγει καὶ τῆς δυνάμεως, ἀφ' ἑκατέρου δὲ μέρους λέγει...

371, 10 τῆς στάσεως τῆς οὕτω καλουμένης ἀντιλήψεως.... Py et Ven. (cf. ibid. adn. 16).

391, 30 τέλους, ἀλλ' ὅμως διαφορὰν ἔχει τὴν εἰρημένην πρὸς τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους...

405, 22 λάθρᾳ· οὐκ ἂν ἐδάκρυσα, ἀλλ' ἐστέναξα, ὃ ἀφανὲς ἦν· οὐκ ἂν ἐβόησα, ἀλλὰ...

410, 3 οὐ γὰρ ἀληθής, ἀλλὰ βίαιος ἡ κατασκευὴ καὶ ὑπερβολῆς τινος ἕνεκα· οὐ γὰρ ὄντως...

416, 4 ἐργαζόμενος. ἔνθα λοιπὸν καὶ τὸν ἔλεον ἐπεισάγει, τουτέστι πάθη· τοῦ γὰρ κατηγόρου πολλῇ χρησαμένου καταφορᾷ κατὰ τὸν κοινὸν τόπον ὁ φεύγων ἀντεισάγει τὸ πάθος εἰς οἶκτον τοὺς δικαστὰς προ[σ]καλούμενος.

418, 13 στοχασμῷ, ἀλλὰ καὶ πανταχοῦ δεύτερον τὰ αὐτὰ λέγομεν· διὰ τοῦτο τὸν στοχασμὸν...

442, 15 αὐτοῦ διπλῆν καὶ τὴν διαίρεσιν αὐτοῦ ποιεῖσθαι...

451, 12 προκατασκευαζομένους καὶ συγκατασκευαζομένους....

452, 29 ζητούμενα καὶ ἀμφότερα ἐξεταζόμενα....

454, 17 ἀνῃρηκέναι καὶ οὐ μοιχείας ἕνεκεν· εἶτα τὸ μηδὲ χωρὶς αἰτίας πιθανῆς ἀνῃρηκέναι...

462, 26 σημεῖον παραλαμβάνεται. οὐ γὰρ τοῦτο κατηγορεῖ ὁ κατήγορος, ἀλλ' ὡς σημεῖον...

478, 17 πεποιηκέναι, ἐν δὲ τῷ ὅρῳ ἕτερον ἀρνησάμενοι ἕτερον ὁμολογοῦμεν πεποιηκέναι....

484, 28 φεύγων τὸ εἶναι τόδε τι τὸ ἀδίκημα. τὸ πρός τι οὖν ἐξ

αὐτοῦ τοῦ ὁμολογουμένου τὴν κατασκευὴν ἔχει καὶ ποιεῖ μεῖζον. ἀκόλουθον οὖν ἦν ἐκεῖνο πρότερον τάττεσθαι, ὃ αὐτὸς ὁμολογεῖ ὁ φεύγων.

508, 11 χρήσασθαι, ἀλλ' οὗτοι πλανῶνται. οὐ γὰρ μερικόν, ἀλλὰ καθολικὸν κανόνα ἐκτίθεται·...

525, 5 ἢ τὰ πεπραγμένα τῶν λειπόντων, ἐπειδὴ ἀναίσχυντόν ἐστι τὸ λέγειν μείζω εἶναι...

535, 28 ἡμαρτηκέναι, ἀλλ' ὡς ἐχθρὸν ἐπίτηδες καὶ ἐκ προνοίας αὐτὸν ὑβρικέναι.

537, 23 ἀνέξεται, ἀλλ' ἐκ τῆς ἄλλης προαιρέσεως αὐτοῦ ὡς ἱεροσύλου καταγνώσεται·

542, 16 διὰ τί τόδε τι...

544, 9 τυραννίδος καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ἀναιρεθῆναι κείμενα τεθέαται τὰ τῆς τυραννίδος.

549, 20 ὁριζομένου, τὸ δὲ τοῦ φεύγοντος ἀρνουμένου μὲν τὸ ὑπὸ τοῦ κατηγόρου ὁριζόμενον...

554, 30 διπλοῖς στοχασμοῖς διπλοῖς...

556, 14 ζῷον· εἰ γὰρ ἄνθρωπος, καὶ ζῷον. οὐκέτι...

578, 21 καθαροῦ. ἐνταῦθα οὐκ ἀντονομάζουσιν, ἀλλ' ὁ μὲν ἐπιχειρεῖ δεῖξαι ὅτι οὔτε καθαρός·...

590, 5 λαμβάνεται. διὰ τοῦτο μόρια δικαίου καλεῖται διὰ τὸ μέρος τι τοῦ δικαίου προβάλλεσθαι·...

594, 18 κρίνεσθαι, ἵνα ἢ ἡ μὲν πρότασις τοῦ φεύγοντος· οὐ δεῖ με ἐπὶ τούτοις κρίνεσθαι·...

647, 20 συγγνώμην· διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν τὴν μὲν ἀντίστασιν πρώτην,...

649, 17—8 ἐκ τῆς περιστάσεως ὑπεύθυνον τίθησιν, ἐν δὲ τῇ ἀντιθέσει τοὐναντίον· εἰ γὰρ ὡς ὑπεύθυνον τίθησιν ὁ κατήγορος τοῦτο, ὁ φεύγων ἐκ τῆς περιστάσεως...

667, 11 αἰτίας· οἷον ὅτι οὐ καταπροδοῦν⟨αι⟩ βουλόμενος τὰ κοινά, ταῦτα ἔδρων. Quae recte supplentur, quia in unoquoque octo modorum sententiae datur exemplum.

672, 12 ὅταν ἐν τοῖς δικάζουσιν ἀμφίβολον εἴη τὸ τί χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι τὸν κρινόμενον ὑπὲρ τοῦ ἐπὶ τὴν τιμωρίαν αὐτοὺς παρακαλέσαι, ἢ ὅταν...

674, 10 ἀντιστατικόν. διόπερ καὶ δεύτερον εὐλόγως τέτακται· μετὰ τὸ δεῖξαι γὰρ δίκαιον τὸν φόνον, τότε σφόδρα πιθανὸν δείκνυται τοῖς ἀκούουσι τὸ ἀντιστατικόν.

692, 9 ἀδικήματος. ἴδιον δὲ τῆς ἀντιστάσεως τὸ δι' αὐτοῦ τοῦ ἀδικήματος ἀντιτιθέναι μεῖζον εὐεργέτημα γεγενημένον·...

706, 12–3 αἰτίας καὶ ἡ κατὰ προσθήκην ῥητοῦ ἢ κατὰ ἀναίρεσιν. ἄνευ μὲν αἰτίας,...

733, 15–6 πειρασόμεθα ὅτι οὐκ ἐχθροῖς οὖσι συναγωνισόμεθα.

766, 7 διδασκαλίαν, οὕτως καὶ τὴν τῶν κεφαλαίων ποιεῖται διαίρεσιν ἤτοι διδασκαλίαν.

782, 11 ἔχωμεν παρανόμων γραφήν, οὐ μόνον δὲ ἔνθα ἔχομεν νόμον...

785, 4 αὔξησιν, τῇ πηλικότητι καὶ τῷ πρός τι τὴν τελείαν θησαυρίζουσαι αὔξησιν, ἐνταῦθα...

789, 25 λαμβάνεται. ἀπὸ τόπου, ὡς ἐν τῷ ἀποκτείναντι τὸν μοιχὸν ἐν τῷ ἱερῷ. ἀπὸ χρόνου δέ, ὡς...

793, 19 ἐπιτρέπειν, ἀλλὰ καθόλου ὅτι οὐ χρὴ τοιαῦτα ἐπιτρέπειν τοῖς...

808, 30 προσδιωρίσατο. προσδιορίζεται οὖν ἐν οἷς βούλεται ὁ νομοθέτης. καὶ οὐκ ἐκνεῖ τοῦτο ποιεῖν, ὥσπερ καὶ ἐνταῦθα εἴπερ τοῦτο ἐβούλετο, πάντως ἂν διωρίσατο·...

817, 22 ἐξεταζομένη, καὶ οὐκ αὐτὸ τὸ ῥητόν, ὥσπερ καὶ ἐν ἀμφιβολίᾳ γνώμη τοῦ ῥητοῦ ἐστιν ἡ ἐξεταζομένη· ἔδει...

817, 30 ἄδηλον, ἐν ὅρῳ τὸ ἀτελές, ἐπὶ...

Tum contendit WALZ ibid. p. 7 margini codicis Py hic illic scholia minora adspersa esse. Sed maximam partem in marginibus exhibentur divisiones quibus nihil novi continetur, cum solum ea quae iam e commentario nota sint, digerantur; ex. c. fol. 14 r mg τῶν τεχνῶν αἱ μὲν ἀναγκαῖαι, αἱ δὲ χρήσιμοι, αἱ δὲ ἀναγκαῖαι καὶ χρήσιμοι, αἱ δὲ οὔτε ἀναγκαῖαι οὔτε χρήσιμοι; fol. 19 r mg ἢ ὡς γένος εἰς εἴδη ἢ ὡς ὅλον εἰς μέρη ἢ ὡς οὐσία εἰς συμβεβηκότα ἢ ὡς συμβεβηκὸς εἰς οὐσίαν ἢ ὡς εἶδος εἰς ἄτομα ἢ ὡς φωνὴ εἰς διάφορα σημαινόμενα; fol. 24 v mg τὰ πρόσωπα καὶ τὰ πράγματα. τὰ μὲν ἀφορμὴν δίδωσι καὶ ἀπόδειξιν, τὰ δὲ συστάσεως χάριν παραλαμβάνεται. Scholia vero vix aliquot locis inveniuntur; inter quae sunt quae vix legi possint. Fol. 21 r mg τὸ πρὸς τὴν τοῦ μέρους ἐργασίαν καθολικὸν καὶ οἱ ῥήτορες μεταχειρίζονται.

Fol. 20 v mg exesa: ἐν ἑκάστῃ πόλει Λακεδαιμονίᾳ ἐν...

Fol. 21 r mg: τούτων κατάστασις . . . ἄριστα ταῖς...
ἀδικῶν ἡλίσκετο . . . . ἢ πρὸς...
ἠρήτυσε (?) . . . . . στολῆς...
γελίαι καὶ κατὰ . . . . φρουρ...
τὸν δῆμον . . . . . στρατείαν...

Fol. 102 v mg εἰ μὲν πρὸς ἴσους εἰσὶν οὓς λέγεις λόγους, ἴσως τι δόξεις τῶν ἐοικότων λέγειν. Idem imo mg, sed φῄς pro λέγεις. Fol. 149 r mg ἡμεῖς οἱ... Fol. 165 r mg λέξει ὁ τὴν γυναῖκα μοι-

χεύεσθαι οἰόμενος παρὰ τοῦ εὐνούχου ὅτι καὶ συνῆλθεν αὐτῇ· ὦ πονηρὰ φύσις. ἦν οὐδὲ ὁ σίδηρος ἐσωφρόνισεν.

Subiciam correcta in textu aut supra vel margini adscripta.

42, 12. 49, 19. 262, 3. 479, 28 οὐ m. po. supra recte Py. 62, 12 τὴν m. po. supra recte Py. 69, 17 ὑφιστ. m. 1? ex ἱστάμενον Py. 80,14 λήσει m. po. ex λύσει recte Py. 106, 20 τοι m. 1 supra recte Py. 152, 13 ὁ διώκων in textu, φεύγ(ων) m. po. supra recte Py. 167, 24 et 169, 12 παροινίας in textu, παραν(ο 167, 24)ίας m. po. supra recte Py (cf. ibid. adn. 19 et 21). 168, 22 φώκην in textu, (φώκ)αιαν m. po. supra recte Py (cf. ibid. adn. 19). 209, 13 κρῖνον in textu, (κρι)νόμενον m. po.? supra recte Py (cf. ibid. adn. 35). 211,8 λέγει in textu, (λέγ)οι m. 1 supra Py, in protasi lin. 10 ἔστω. 225, 24 λογικὴν in textu, ν(ο)μ(ικὴν) m. po. supra Py. 247, 15 κατὰ τὸ m. 1 ex καὶ Py. 250, 4 (καὶ aut?) ὡς supra m. 1 recte Py. 265, 27 παρέχει m. 1 ex παρέσχετο aut παρέσχετο m. 1 ex παρέχει Py. 270, 15 ποτέρα in textu, (π)ρ(οτέρα) m. po. recte Py. 296, 19 τοὺς in textu, (τ)ὰ(ς) m. po. supra recte Py (cf. ibid. adn. 4). 297, 20 λέγειν in textu, κρίνειν m. po. infra recte Py. 308, 22 τῷ m. 1 supra recte Py. 373, 28 ἀντιλήψει in textu, παραστάσει m. po. supra recte Py. 374, 13 post ἔξεστι add. τρέφειν m. po. supra Py, cf. Hmg 48, 7–8 R. 381, 17 post καὶ add. μὴ m. 1? supra recte Py. 412, 29 παραυτίκα m. po. supra Py. 429, 16–7 διαφορᾶς in textu, ν supra ς (i. e. διαφορὰν) m. po. recte Py. 442, 24 διάφορόν τινα (τ. supra) τέχνειν (i. e. τέχνην) ἔχωμεν τῶν κρινομένων mg m. po. recte Py. 460, 2 ad πράττειν signo critico posito προτάττειν mg m. 1 Py. 468, 1–2 προβάλλεται: σθαι corr. m. 1, προβάλλεσθαι mg m. 1 Py. 500, 29 ἑορτὴν οὐ μὴ m. 1? supra recte Py. 507, 22–3 κατηγοροῦντες in textu, ας m. 1 supra recte Py. 515, 1 χάριτος μὴν m. 1. supra recte Py. 519, 11 δεῖ in textu, ν m. po. supra recte Py. 529, 4 ἐρῶ in textu, αι (i. e. αἴρω) m. po. supra recte Py. 552, 16 ἄγει in textu, ν (i. e. ἄγειν) m. po. supra recte Py. 569, 8 in γίγνονται: γ (ante ν) insertum m. 1 Py. 580, 23 supra ἕτερον add. $\bar{B}$ m. 1 Py. 582, 1 μὲν m. 1 supra Py. 588, 12 οὐχ m. po. supra recte Py, cf. lin. 15. 612, 21 παραδείγμασι m. 1 ex -τι Py. 642, 18 τὸ insertum m. 1 Py. 648, 3 μὲν m. 1. supra recte Py. 651, 23–4 τοῖς ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους mg m. po. Py. 668, 8 ἀντ ante ἐγκλήματος (i. e. ἀντεγκλήματος) m. po. supra recte Py. 677, 26–7 κατέσκαψας τὴν ἀποστᾶσαν πόλιν del. m. po., ἀπέκτει-

νας τὸν υἱὸν add. supra male Py (cf. ibid. adn. 1); *Comm. cod. Vat. Gr. 107* p. 45, 27–8 KOW. ambo exempla (1. de praetore muros rescindente, 2. filium occidente) coniuncta traduntur; sed 4,678 1–2 W. de solo praetore muros rescindente porro tractatur. 677, 28 – 678, 1 ἀλλ' ἵνα ἔρημον τὴν πόλιν τῶν συμμάχων ποιήσῃς del. m. po. male Py. Quamquam vix ad argumentum ea quae delentur, quadrant (quomodo enim muris rescissis urbs nudatur sociis?), tamen conservanda sunt, si verba τὸ γὰρ κατασκάψαι τοῦτό ἐστι manent. 753, 2 ad ἔπραξεν signo critico posito add. πεποίηκεν mg m. 1 Py. 763, 9–10 γίγνεσθαι m. 1 in ras. Py (et Ven., cf. ibid. adn. 19). 780, 1–2 γραψάμενος δημοσίων ἀδικημάτων Μειδίαν Δημοσθένης W., μειδίας in textu, ν (i. e. μειδίαν) m. 1 supra recte Py. 782, 1 τὰ pro ᾶ m. 1 supra recte Py (cf. ibid. adn. 3). 822, 24 supra τὸ ῥητὸν add. $\bar{B}$, supra λύειν add. α m. po.? Py.

Singula vocabula add. Py.

51, 3–4 ὡς ἡ τῶν μηχανοποιῶν W., μηχ. καὶ ὁπλοποιῶν Py.

75, 16–7 περὶ τοῦ δικαίου ἢ τοῦ συμφέροντος W., ἢ τοῦ καλοῦ ἢ τοῦ συμφ. Py.

121, 23–4 τὸ δὲ κατὰ κρίσιν τέμνεται εἴς τε τὸ κατὰ ἀμφισβήτησιν W., ἀμφ. καὶ αἴτησιν recte Py, ne τε pendeat. Tum cf. lin. 23–4 ἀμφοτέροις.

130, 13–14 ἀντίληψις, χρῶμα W., ἀντ., μετάληψις, χρ. Py et Ven. (cf. ibid. adn. 5).

152, 12 ὃ γὰρ ἔλεγεν ὁ κατήγορος πρότερον, πάλιν λέγει W., ὁ φεύγων πάλιν λ. recte supra m. po. Py, cf. lin. 11 ἀντιστρέφουσι.

143, 27 οὐ γὰρ τὸ κρινόμενον ἐν τῷ συνεστηκότι ζητεῖται μόνον W., πρόσωπον ἐν recte Py, quia non ipsum crimen (τὸ κρινόμενον) respicitur, sed persona rei, cf. lin. 28 τὸ τοῦ κατηγόρου.

172, 26–7 ὡς οὐ βούλονται W., λέγων ὡς οὐ β. recte Py.

271, 26–7 οὐδὲ στάσις εἶναι πρὸς ἐνίων ἠξίωται. ἡμεῖς δέ φαμεν εἶναι, ἄπορον δέ W., στάσιν μὲν εἶναι recte Py, ne ἄπορον pendeat.

347, 3–4 ὅτι ποίους δεῖ νομίζειν τοὺς τοιούτους περὶ τὴν πόλιν W., εἶναι τοὺς recte Py, ne pendeat praepositio περὶ. 823, 5–6 διπλῆν τῆς διανοίας τὴν ἐξέτασιν εἴπομεν W., εἶναι τῆς Py. 463, 14 καὶ φαμὲν ὅτι ἐνταῦθα δῆλα ἕτερα σημεῖα W., ὅτι ἐστὶν Py. 536, 23–4 οὐ μόνον ἐν τοῖς ἐπιλόγοις παραλαμβάνεται ἡ ποιότης, εἰ καὶ ἐπιλογική, ἀλλὰ πανταχοῦ τοῦ λόγου W., ἐπιλογική ἐστιν Py. 388, 2 ἐπειδὰν ἐν λόγοις τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους W., ἢ τὰ recte Py, restituitur enim verbum finitum post ἐπειδάν. 425, 20–1 ἐπειδὴ ἐπαχθὲς τοῦτο τοῖς

ἀκούουσι W., ἦν τοῦτο recte Py, quia si praeterito tempore ponitur, copula necessaria esse videtur. 739, 25 οἱ τὴν οἰκείαν οὐχ οἷοί τε φυλάττειν W., ὄντες φυλ. Py et Dem. 1, 26.

334, 7 ἡ ἀλήθεια τῶν ἀγώνων βιάζεται πολλάκις W., τὴν τέχνην βιάζ.-recte Py, cf. lin. 6 ἡ ἀλήθεια τοῦ πράγματος ἐβιάζετο τὴν τέχνην.

379, 14—5 ὅταν μὴ ἔχοντες προηγουμένως θεῖναι, πόρρωθεν αὐτὴν W., θεῖναι τὴν λύσιν recte Py, desideratur enim obiectum.

404, 4 ἀπαιτήσει W., ἀπ. ἢ τῇ μεταθέσει τῆς αἰτίας Py.

424, 28—9 ὅπως ἐὰν μὲν κατηγορῶμεν δυσμενῆ τῷ φεύγοντι τὸν ἀκροατὴν,... W., ἀκρ. ποιήσωμεν recte Py apodosin restituit.

426, 28—9 ἡ δὲ μεταξὺ ἀνάμνησιν τῶν ἀναγκαίων πίστεων W., ἔχει τῶν recte Py, quia ita suppletur verbum finitum.

436, 19—20 ὥσπερ οὖν οὐκ ἐπιλαθόμενος αὐτοῦ τῆς γνώμης τῆς αὐτῆς ἔχεται W., γνώμης ὁ Ἑρμογένης recte Py prolato subiecto. 778, 27—8 ὅταν μὲν γὰρ αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ ἀμφισβητῆται W., τὸ ῥητὸν ἀμφ. Py addito subiecto quod subauditur ex lin. 26 παντὶ ῥητῷ. 840, 23 οἷς ἐπισυνάψει τὸν βίαιον ὅρον εὐθύς W., ὁ φεύγων εὐθύς Py suppleto subiecto quod post lin. 21—2 ὁ δὲ φεύγων abundare videtur.

439, 1 διὸ σχεδὸν ὁμολογεῖ μὴ εἶναι πάλιν κρινόμενον πρᾶγμα W., ἐνταῦθα κριν. recte Py, cf. 439, 3 et Hmg 54, 14 (de persona). 618, 10 ἀλλὰ ἀνεύθυνον τὸ πραχθέν W., παντελῶς ἀν. Py. 723, 13—4 ἑτέρου πολέμου καταλαβόντος ἐξέπεμψεν αὐτὸν μισθωσάμενος W., ὁμοίως μισθ. recte Py, quia agitur de nova redemptione.

464, 30 τοὺς τοῦ πένητος W., πέν. παῖδας recte Py, cf. lin. 31. 567, 7—8 ἐν δὲ τῇ κατὰ πραγματικὴν ἐπαινέσει μὲν καὶ τὸν ἀμφισβητοῦντα ὁ φεύγων W., ἀμφισβητήσει ἐπαιν. recte Py, sic enim redditur τῇ articulo suum substantivum.

501, 3—5 μὴ τοῦτο λεγέτω, ἀλλ' ὡς οὐ παρῆλθεν εἰς τὸ ἱερὸν οὐδ' ἐπὶ τὸ λαβεῖν τι τῶν ἀναθημάτων εἰσῆλθες W., εἰσ., τοῦτο δεικνύτω Py.

528, 14 τοσούτῳ Κόνωνος τὰ τείχη τῶν Θεμιστοκλέους W., τοσ. κάλλιον recte Py, quia post lin. 13—4 ὅσῳ... κρεῖττον desideratur etiam hic comparativus.

536, 4 οἷον εὐνοῦχόν τις εὑρών· W., εὑρ. ἐπὶ τῇ reliqua abscissa Py; cf. Hmg 60, 20—1 R. οἷον εὐνοῦχόν τις εὑρὼν ἐπὶ τῇ γυναικί.

536, 27—9 ἵνα, φησίν, διχῶς ἐξετάζηται ἡ ποσότης ἐν ἐπιλόγοις τε καὶ κοινῇ, νῦν μὲν ἰδίᾳ, ὕστερον δὲ κοινῇ W., ἐν ἐπιλ. ἰδίᾳ Py.

537, 10–1 ὅταν γὰρ τοῦ αἰτοῦντος τὴν δωρεὰν τὸ ἦθος ἐπιδείκνυμεν W., post δωρ. abscissa Py, lacuna in Ald., *sed nihil deest* recte W. adn. 7. Cf. 530, 23 nulla in Py invenitur lacuna neque quidquam omissum esse videtur.

546, 2–3 πάνυ δὲ δεινῶς καὶ τὸ ἀμφισβητούμενον ὡς ὁμολογούμενον· ἄδηλον W., ἔλαβεν· ἀδ. recte Py, non potest enim subaudiri verbum finitum.

590, 21–2 Εἰκότως δευτέραν ἔχει τάξιν τὸ πρόσωπον W., τῆς ἀπολογίας τὸ Py.

695, 21 κρίνεται παρὰ Σπαρτιάταις δημοσίων W., δημ. ἀδικημάτων Py.

758, 20–1 διὸ καὶ σφόδρα δεῖ τῶν λοιπῶν ὑμᾶς, ὦ Ἀθηναῖοι, φροντίσαι W., ἀνθρώπων pro ὦ Ἀθ. male Py, quia τὰ λοιπά sunt quorum curam Demosthenes commendat.

Tum coniunctiones adduntur.

646, 11 λέγει γὰρ ἔξεστί, μοι W., ὅτι ἔξ. μοι Py.

214, 27–8 οἷον ἐφόνευσεν οὗτος W., οἷον εἰ recte Py, quia ζητοῦμεν (cf. lin. 26–7) hic, εἰ ὅλως πέπρακται. 398, 24–5 οἷον ὑπὲρ ἡμῶν ἔπραττες, οὐκ ἔδει σε W., οἷον εἰ recte Py in protasi propositi condicionalis. 514, 21–3 ὥστε καὶ ἡμῖν εἶναι παράδειγμα μὴ εὐθὺς τοῖς ἐφαρμόττουσι τῷ οἰκείῳ ἐπιτρέχειν, ἀλλ᾽ ἕτερα ἔχοιμεν προτάττειν W., εἰ ἔχ. recte Py, i. e. *proponere, si copia sit.* 639, 10–1 τί ἄν, εἴπου τῆς χώρας ταὐτὸ τοῦτο πάθος συνέβη, προσδοκῆσαι χρῆν recte scr. W. et codd Dem. 18, 195, εἴποις εἰ Py et Ald. (cf. ibid. adn. 16). 715, 29 οὐ γὰρ δυνατὸν... W., εἰ δυν. recte Py, quia 716, 1–2 ἤδη καὶ συμφέρον in apodosi accipienda sunt.

261, 24 οἷον ἐπὶ τοῦ παραδείγματος W., οἷον ὡς recte Py, cf. Hmg 169, 17 R. οἷον ὡς ἐπὶ παραδείγματος.

427, 7–8 περὶ τοῦ τί χρὴ παθεῖν ἀποτῖσαι W., ἢ ἀποτ. recte Py inter duos infinitivos.

41, 4–5 ἐν μὲν δικανικῷ καὶ συμβουλευτικῷ W., τε καὶ Py. 833, 12 καὶ ἡ μὲν ὑπὸ τὴν ἄγραφον W., τε τὴν Py; sequuntur καὶ ἐκ μόνου τοῦ κατηγόρου γνωρίζεται.

52, 17–8 ἔσθ᾽ ὅτε γὰρ καὶ αὐτὸς συμβουλὴν ἔχει W., καὶ γὰρ καὶ male Py (cf. ibid. adn. 62). 95, 19 ὧν ἡ ποιότης καὶ κοινὴ καὶ διάφορος· κοινὴ μέν, ὅτι W., καὶ κοινὴ Py. 182, 8 ὁμοίως καὶ τὰ πράγματα περὶ τούτων ἀμφοτέρων W., καὶ περὶ Py. 192, 19–21 τὸν δὲ ἐγκωμιάζοντα ἐμπορπεύειν τοῖς ἔργοις, ἐπιδεικτικῶς τοὺς λόγους μεταχειρίζεσθαι W., καὶ ἐπιδ. recte Py, cur enim asyndeton? 222, 15–6 τῶν λογικῶν νομικῶν W., καὶ νομ. recte Py, quia simul

91, 11–3 Περικλῆν... πάλιν ψέξαι ὡς τὰ σπέρματα τοῦ Πελοποννησιακοῦ παρεχόμενον πολέμου W., παρασχόμενον recte Py. 421, 2–3 Ὁ τεχνικὸς τὴν κοινωνίαν αὐτῶν ἐπιστησάμενος ὀξέως ἐπάγει W., ἐπιστάμενος recte Py. 150, 6–7 οἷον ὁ πορνοβοσκός· ἔχει μὲν γάρ τι λέγειν recte W., quia hoc tempore exempla enarrantur; εἶχε Py. 310,4 οὐκ ἔχει προβολήν recte W., ἔσχε Py. 165, 2–4 διὰ τὸ μὴ δύνασθαι... ἐπιδέχεσθαι W., ἐπιδέξασθαι Py (cf. ibid. adn. 4). 245, 1–2 τὰ πράγ-

ματα διαφθείρειν βουλόμενος W., διαφθεῖραι recte Py (cf. ibid. adn. 6). 471, 7 ἐπαύετο δ λοιμός W., ἐπαύσατο recte Py. 513, 2–3 ἀκούσατε, ὦ ἄνδρες, ὡς σαφῶς δηλοῖ W., ἀκούετε Py, ἀκούεθ' ὡς codd Dem. 18, 40. 840, 9–11 διὰ τὸ μὴ ἔχειν αὐτὸν ὡρισμένον πατέρα μηδὲ ἀναγράφεσθαι ὅτου πατρὸς εἴη W., ἀναγεγράφθαι recte Py de facto. 728, 19 δεῖν... χρῆσθαι W., κεχρῆσθαι Py, ut saepius e consuetudine vetustioris vulgatae.

Imprimis praesens et futurum inter se mutantur.

78, 18–9 ὁ γὰρ ῥήτωρ τὰ πολιτικὰ διαπλέκει ζητήματα W., διαπλέξει Py. 144, 16 ὡς εἴ τις πλάσσοι πορνοβοσκοῦντα Σωκράτην W., πλάσοι (cf. ibid. adn. 20); λέγοι legitur Hmg 33, 10 Ba Ac Pg La Vdei Pfsκθ, εἴποι Pylrqu Vb. 266, 12–3 οὐ παρὰ τοῦτο νομικὴν ἀποφαινόμεθα ζήτησιν W., ἀποφανούμεθα (et τὴν ζ.) Py et Ald. (cf. ibid. adn. 6). 327, 12–3 τίνας δὲ καὶ βούλει καλέω μάρτυρας W. mendo operae, καλέσω Py. 330, 11 ἐθέλουσι W., cf. lin. 10–1 ἐφήδονται; ἐθελήσουσι Py. 430, 21–2 εἰ δὲ ὡς κρινόμενα ταῦτα λαμβάνοιτο, ὁρικὴν ἀπεργάζεται τὴν στάσιν W., ἀπεργάσεται recte Py, quia apud commentatores saepius post optativum invenitur futurum in apodosi propositi condicionalis. 443, 8–9 οὕτω γὰρ τὴν βούλησιν ἐργάζονται W., ἐργάσονται recte Py, quia in praeceptis, cf. lin. 11 ἐρεῖ; quod ad ζ litteram pro σ positam spectat, cf. 7, 679, 14 ἐργαζόμεθα W., ἐργασόμεθα recte Py. 457, 11–2 κατασκευάζει W., κατασκευάσει recte Py, cf. lin. 13 ἀπολογήσεται. 822, 19 προσάγεται W., προσάξεται recte Py, cf. lin. 17 λύσει. 435, 29 ἀσύστατόν ἐστι τὸ ζήτημα W., ἔσται recte Py post ὅταν... ἀναφέρηται. 462, 17 ἔστι δὲ καὶ τὸ σημεῖον ἄδηλον W., ἔσται male Py, quia respondet perfectum in apodosi. 554, 7–9 διπλοῦ τοίνυν ὄντος τοῦ ἀντονομάζοντος, διπλοῦς ἐστι καὶ ὁ συλλογισμός W., ἔσται Py.

452, 9–10 ὥσπερ ἐν τῷ κυρίως διπλῷ κελεύσει ποιεῖν ἡ τέχνη W., κελεύει recte Py. 508, 13–6 ὡς βουλόμενος σημᾶναι ὅτι καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις στάσεσιν, ἐν αἷς ὅρος εὑρίσκεται κεφάλαιον, τῷ συλλογισμῷ λύσεται W., λύεται Py. 678, 24–5 ὅτε μὲν οὖν ἐκλείπει... ἄλλως αὐτὸ μεθοδεύσομεν W., μεθοδεύομεν Py. 715, 25–6 εἰ κατασκευάσομεν,... ἐστιν W., κατασκευάζομεν Py (cf. ibid. adn. 43). 727, 1–3 ἐὰν μέντοι ἀνασκευάσωμεν,... χρησόμεθα W., ἀνασκευάζωμεν recte Py, quia exprimitur actio eiusdem temporis. 180, 7 οἶδε γὰρ ὅτι ἔσται καὶ ἕτερα W., ἔστι recte Py, cf. eadem lin. εἶναι. 759, 30 ἔσται δὲ ἡ διαφορὰ αὕτη ὅτι W., ἔστι recte Py.

Etiam palaeographica ratione temporum mutatio explicatur.

81, 20 ἀποδιδοὺς... διδάσκει W., ἀποδοὺς recte Py, quia transit ad nova. 157, 21 τῷ συνιστάναι χαρακτηριζόμενα W., συνεστάναι Py. 320, 18 βοᾶν καὶ διαμαρτύρασθαι W., διαμαρτύρεσθαι, Py et codd Dem. 18, 23. 343, 13—4 οἳ ὑπὲρ τῆς δημοκρατίας ἔφυγον W., ἔφευγον recte Py, quia aoristus vix componi posse videtur cum verbis ὑπὲρ τῆς δημ.., quae ἀπὸ κοινοῦ accipienda sunt atque etiam cum participio στασιάσαντες coniungenda. 369, 2 ᾔδεις τὸν ἀδελφὸν τυραννήσαντα W., τυραννήσοντα recte Py. 399, 10—1 ἔδει τοίνυν μισεῖν τὸν ἀπατήσοντα W., ἀπατήσαντα recte Py, cf. lin. 9 ὅτι ἠπατήθην et lin. 11 οὐκ ἄρα ἠπατήθης. 542, 7—9 πάλιν ὁ νομοθέτης μοιχοὺς ἀποκαλεῖ τοὺς τῶν γυναικῶν σωφροσύνην διαφθείραντας καὶ παῖδας, ἐξ ὧν ἥκιστα θέμις, ποιουμένους W., διαφθείροντας recte Py, quia ita ambo participia congruunt. 410, 7—8 φύσει γὰρ μέρος ἀδικήματος καὶ ὑπαίτιον τὸ γινόμενον W., γενόμενον male Py, quia spectat ad καλλωπίζεσθαι. 496, 2—3 ὡς ἀμφίβολα ὑπὸ τῆς ἀντιλογίας τοῦ ὅρου γινόμενα κατασκευάζεται W., γενόμενα recte Py: *iam labefactata.* 422, 10—1 εἰ ἕνα ἄνδρα Ἀρκαδία καὶ ἕνα Θετταλία ταὐτὰ φρονοῦντα εἶχεν ἐμοί W., ἔσχεν Py et codd Dem. 18, 304. 467, 33—468, 1 τοῦτο γὰρ ὁ νόμος ἐκέλευσεν W., ἐκέλευεν recte Py: eius aetatis lex.

Quia ex omnibus geminatis maxime λλ cum simplici confundi solet in libris manuscriptis, propterea nihil mirum etiam tempora ob id confundi.

116, 8—9 συνέστησέ τε καὶ διέβαλλεν W., διέβαλεν concinnius Py. 229, 10—12 καθὸ ἐν μὲν ὅρῳ ὁμολογεῖ μὲν ἑκάτερός τι συμβάλλεσθαι πρὸς τὴν πρᾶξιν τὸν ἕτερον W., συμβαλέσθαι male Py, quia et reliqua praesenti tempore proferuntur. 481, 21 ἀδύνατον προβάλλεσθαι recte W., προβαλέσθαι Py. 544, 4—5 ὅταν ὁ ἐνιστάμενος διαβάλλῃ λέγων W., διαβάλῃ Py.

Multo saepius occurrunt desinationum (casuum personarum numerorum modorum generum) mutationes eae quae, ut praesertim in modorum vicibus demonstratum est, palaeographica ratione explicari possunt. Quae quia e litterarum similitudinibus pendent, secundum eas, ad grammaticas declinationes non revocatae, proponentur.

98, 7 τὰς διαβολάς, αἷς ἐκ τοῦ πρότερον λέγειν ὁ διώκων ἰσχύει W., πρότερος Py; cf. 151, 20—1 ὁ μὲν νύκτωρ, ὁ δὲ μεθ' ἡμέραν recte W., μ.. ἡμέρας Py et Ald. (cf. ibid. adn. 6). 158, 23—4 ἀλλ' εἴποι τις ὅτι μεταβέβληται πολλάκις καὶ φύσιν W., sed quis? φύσις recte Py. 267, 25 εἴ τις μὲν οὖν μέμψιν διὰ τοῦτο κινοίη τῷ τεχνικῷ W., μέμψις male Py. 336, 14—5 ἀπαίτησιν ἐκ τῶν ἀτέχνων πίστεων λαμβά-

νεται W., ἀπαίτησις recte Py. 478, 17—8 ὅτι ὁ πράξας ἐν στοχασμῷ ἀφανής ἐστιν, ἐν ὄρῳ δὲ φανερόν W., φανερός recte Py. 661, 28—9 δημοσίων φεύγει W., δημοσίως male Py. 165, 15—6 ὡς τοῖς δύο ἰσοδυναμοῦν, ἀπερίστατος... ἐκλήθη W., ἀπερίστατον recte Py. 448, 20 ἐβουλήθης W., ἐβουλήθην recte Py, quia noverca haec verba facit. 820, 13—4 οὐ γὰρ ὄντως διπλοῦς ῥητὸν καὶ διάνοιά ἐστιν ἡ ἀντινομία W., διπλοῦν recte Py.

116, 16—7 οἷον περὶ Δημοσθένους λέγοντος μὴ βιάζεσθαι τὸ δεινὸν αὐτοῦ περιτρέψαι εἰς ἔπαινον W., λέγοντας recte Py; cf. 475, 7—8 τὸ δὲ λείπει πρὸς αὐτὸ τέλειον τοῦ ζητουμένου ὀνόματος W., αὐτοτέλειαν recte Py, cf. Syr. 2, 97, 25 R. et Hmg 37, 7 R. 195, 10—1 ὑποίσομεν πέρα τοῦ δέοντος τὸν λόγον ἐκτείναντες W., ἐκτείνοντες Py. 732, 14 κατὰ πράγματα scr. recte W., cf. lin. 13 κατὰ πρόσωπον: κ. πράγματος Py et Ald. (cf. ibid. adn. 10). 678, 19 ἀναγκαίας W., ἀναγκαίως recte Py, cf. supra.

161, 12—3 μεῖζον γὰρ τῆς δυνάμεως αὐτῶν καθ' ὅλον τὸ ἐγχείρημα W., κ. ὅλου recte Py: *consilia enim eorum omnino maiora quam potestas*; cf. 183, 12—3 περὶ γὰρ τοῦ δικαίου ὁ ἀγὼν μόνον W., μόνου recte Py, quia iustum tractatur solum, sed idem ex capitibus generalibus validissimum. 292, 11 ἐν δὲ μεταλήψει μόνον ἐστὶ τὸ ῥητόν W., μόνου male Py accommodavit ad sequentia lin. 12 τοῦ ἅπαξ χρωμένου, cf. lin. 9—11. 13—4.

185, 8—10 καὶ τὰ μὲν διανοήματα καὶ τὰς διασκευὰς ψυχὰς παραλαμβάνουσι, τὴν δὲ ἰδέαν καὶ τὸ κάλλος τῶν ὀνομάτων σώματα recte W., σώματι Py (cf. ibid. adn. 7).

232, 26 τυγχάνει W., τυγχάνῃ Py, cf. Particulae add.; cf. 322, 21 κατασκευάζει W., κατασκευάζῃ recte Py, post lin. 20 ὅταν. 347, 30—1 καθ' ἑαυτῶν διδόντες λαβεῖν W., λαβὴν recte Py, non claret enim, quid sumi potuerit. 427, 23 ὅταν ὁ φεύγων εἰσάγει W., εἰσάγῃ recte Py. 491, 21—2 πλὴν εἰ μὴ παραδόξως συμβαίνει W., συμβαίνῃ Py, quod multis exemplis coniunctivi post εἰ coniunctionem positi defendi potest. 342, 20 ἐπὰν τὸ πρόβλημα πρόσωπα ἔχει κρινόμενα W., ἔχῃ recte Py. 452, 29 κἂν ἓν ὑπάρχει W., ὑπάρχῃ recte Py. 507, 7 ἔχει recte W., ἔχῃ Py, sed in proposito principali. 114, 18 Δημοσθένῃ W., δημοσθένει Py; cf. 158, 6—7 Σωκράτῃ W., σωκράτην Py. 512, 11—2 ἐὰν μὲν θαρροῦμεν τῷ ῥητῷ καὶ συμφωνεῖ τοῖς παρ' ἡμῶν λεγομένοις W., συμφωνῇ Py, sed tum etiam in θαρροῦμεν verbo restituendus fuerit coniunctivus, nisi modorum post eandem coniunctionem varietas apud commenta-

torem excusatur. 803, 1 ἄλλαις δὲ χρήσει αὐξήσεσι W., χρήσῃ Py. 765, 5—6 ὅταν δὲ ἀνασκευάζῃ W., ἀνασκευάζει Py.

173, 15 καὶ λέγομεν, ὅτι τὰ ἰσάζοντα λέγειν W., λέγει recte Py. 313, 25—6 εὐθὺς ἐπὶ τὴν ἐξουσίαν καταφεύγειν καὶ πρὸς τὴν ὀργὴν ἄγει W., ἄγειν recte Py (cf. ibid. adn. 2 *scribendum videtur* ἄγειν). 319, 15—6 ἔπειτα ἐπάγειν τὸ παραγραφικὸν οὕτω πως λέγων W., ἐπάγει recte Py. 414, 25—6 ὅθεν οὐδὲ ἀναγκαίως ἐν πᾶσιν ἐμπίπτειν W., ἐμπίπτει recte Py. 416, 29—30 μετρίως καθ' ὅσον τε τὰς συμφορὰς αὐτοῖς ἐπικουφίζειν recte W., ἐπικουφίζει Py. 449, 21 ἀλλ' οὐκ ἐμπίπτει W., ἐμπίπτειν recte Py, cf. lin. 20 ἐκλείπειν... βούλεται. 484, 30—1 μετὰ τὸν συλλογισμὸν ἐπάγει τὰ πρός τι recte W., ἐπάγειν Py. 503, 7 ὡς ἴσον ἐστὶν ἢ οὐδὲν διαφέρει recte W., διαφέρειν Py. 587, 9 ὥστε κατὰ τοῦτο διαφέρει τοῦ ὅρου W., διαφέρειν Py. 765, 5—7 ὅταν δὲ ἀνασκευάζῃ... θέντες... συγκαταλύσομεν W., ἀνασκευάζειν recte Py, cf. 764, 23—4 ὅταν μὲν γάρ τι κατασκευάζειν βουλώμεθα. 791, 14 οὐδὲν διαφέρει λέγων W., διαφέρειν recte Py, quia infinitivum sequitur lin. 15 accusativus τὸν ἅπαξ θανάτου ἄξιον.

362, 13—4 οἴεται ἀπόδειξιν ὁ κατήγορος τὸ ἔγκλημα W., ἀποδείξειν recte Py, numquam enim crimen pro probatione habetur, si simul praebentur argumenta.

211, 8 λέγοι W.; λέγει in textu, οι (i. e. λέγοι) m. 1 supra Py. 306, 6 ὅτε καὶ πρόσωπα ἔχει W., ἔχοι Py et codd Hmg 43, 18 R. **P V** Pdgul, m. 1 Pe, Vbd, m. 1 Vf; cf. 353, 29 εἰ μὲν φεύγει W., φεύγοι Py. 371, 1 γνωσόμεθα δὲ εἰ ἐμπίπτει W., ἐμπίπτοι Py et Ald. (cf. ibid. adn. 10). 391, 24—5 εἰ γὰρ μὴ ἔχει τὸ πιθανόν, οὐ μόνον οὐκ ὠφελήσει W., ἔχοι Py. 455, 25 καθ' ὃν ἀπεκτονέναι λέγοι μοιχὸν ὄντα W., λέγει recte Py, nulla enim ratio apparet optativi. 456, 22 ἀποκτείνει ἂν W., ἀποκτείνοι ἂν recte Py. 528, 19—20 ἀπίθανον ἔσται... εἰ ἀντεξετάζει W., ἀντεξετάζοι emendatius Py, quia futuro in apodosi obvio poni solet apud commentatores in protasi optativus. 830, 8—9 εὐπορήσει τυχὼν κρείττω κτήσασθαι ὅπλα recte W., εὐπορήσοι τυχὸν Py.

613, 18—9 καλῶς τὸ εἰ ἐγχωροίη W., ἐγχωρεῖ Py et codd Hmg 67, 3 R. Pquy.

210, 7—8 ἐν οἷς ἀφανὲς μέντοι ζητεῖται, οὐ μέντοι καὶ οὐσιωδῶς W., μέν τι pro pr. μέντοι recte Py. 649, 14—5 ἀλλ' ὁμολογεῖ μέν τοι πεποιηκέναι ὡς ἀδίκημα W., μέν τι recte Py. 424, 6—7 καὶ ταῦτα κινδυνεύων ὡς ἂν δείξαι μοι τὸν ἔσχατον κίνδυνον W., δείξαιμι Py, cf. Coniectanea.

435, 11 αὐτῆς scr. W., αὐτοῖς Py et Ald. (cf. ibid. adn. 2), cf. Coniectanea. 381, 10 ὡς ἂν ἔχοι W., ἔχῃ recte Py; cf. 393, 17—8 ὅσα ἂν δυνηθείης W., δυνηθῇς Py. 316, 12—3 κρίνεται Δημοσθένης ἐπὶ τοῖς ἀρπαγεῖσι χρήμασιν W., ἁρπαγείοις Py, cf. Coniectanea.

323, 6—7 ὡς ἄνω καὶ κάτω θρυλεῖς παρασκευάσαι τὰ πρὸς τυραννίδα W., παρασκευάσοι male Py; cf. Coniectanea.

155, 21—2 οἷς γὰρ κελεύει πεισθέντας τῷ φανέντι ἀπιστεῖν τοῖς ὀνείροις W., πεισθέντα Py.

462, 4 λύσει δὲ ὁ κατήγορος διανοίας τὸ ῥητόν W., διανοία, i. e. διανοίᾳ, recte Py, sententiâ enim solvitur scriptum. 491, 15—6 εἰ δὲ τούτων ἔχεις ἐπιδεῖξαι μηδὲ ἕν, πέπαυσαι συκοφαντῶν, ὦ ταλαίπωρε W., πέπαυσο recte Py. 454, 25—6 καὶ σημεῖον τοῦ συνειδέναι κατασκευάζοντας τὸ ἀπέκτεινας W., κατασκευάζοντος Py, i. e. lin. 23 τοῦ δὲ κατηγόρου.

321, 29—31 συμπληροῦντες... εἶτα μεταβαίνοντες... χρησόμεθα recte W., συμπληροῦντας... εἶτα μεταβαίνοντας male Py. 684, 28 ἀποτελοῦντα recte W., ad εἴδη; ἀποτελοῦντες Py, sed pendet. 685, 11—2 ἐπὶ τοῦ τὸν ἵππον τὸν ἴδιον δεσπότην ὑπεξαγαγόντα τοῖς πολεμίοις ἀποσφάξαντος W., ὑπεξαγαγόντος male Py accommodavit. 442, 23—5 ὅταν διαφοράν τινα σαφεστάτην ἔχωμεν τῶν κρινομένων προσώπων W., διάφορον mg m. po. male Py.

473, 8 φησιν αὐτόματ' ἐνεχθῆναι τὸν σκηπτὸν W., αὐτόματον recte Py, quia nullum tale adverbium, ut W. exhibet, est. 474, 19—20 ἐπεὶ κατασκευαζόμενον ἐν αὐτῷ τί ἐστιν τὸ πεπραγμένον W., quae non intelleguntur; κατασκευάζομεν recte Py. 737, 1 ὅτι δεινὸν εἰ αὐτῷ scr. W., δεῖν ἐν αὐτῷ male Py, δεῖνον Ald. (cf. ibid. adn. 46).

Wratislaviae MCMXLVI. *(reliqua proxime sequentur)*

STUDIA CALLIMACHEA

Scripsit
GEORGIUS MANTEUFFEL

I.

In *Comam Berenices* observationes.

Ad studia Callimachea cum omnino promovenda, tum ad illud de *Coma Berenices* poemation tractandum nova Callimachi fragmenta, praesertim Διηγήσεις, quae his ultimis annis ex Aegypti harenis ad lucem surrexerunt, haud parum conferunt. Sed e volumine Διηγήσεις poematum Callimachi continente[1] Comam Berenices non poemation liberum fuisse atque solutum, quae opinio adhuc omnino accepta fuit, compertum fit, sed αἴτιον ultimum libri IV illius poetae favore atque amicitia regum praediti efficere.

Ad *Comae Berenices* fragmenta exigua ab Schneidero congesta accedunt nunc Pap. Oxyrh. XV (1922) 1793, quae praeter frustulum huius poematii exhibet etiam epinicium in honorem Magae et Berenices compositum nec non illud in victoriam Sosibii, P. S. I. IX 1092, in qua superest columna 20 linearum I a. Chr. n. s., ex parte laesa, ac vv 45—64 secundum versionem Catullianam continens; denique in Pap. Univ. Mediol. I 18 col. V 40 s. non solum argumentum *Comae Berenices*, sed etiam poematii versus primus leguntur.

De arte atque indole versionis Catullianae, cum iam a viris doctis accurate tractatum sit[2], disputare hoc loco supersedeo.

Sed in fragmento Florentino (P. S. I. IX 1092) restituendo atque interpretando, etsi editores principes G. Vitelli-M. Norsa haud pauca splendide absolverunt ac postea nonnullae coniecturae a viris doctis propositae sunt, aliqui etiamnunc loci obscuri latent. Ad quos dilucidandos has meas observationes propono.

---

[1] Papiri della R. Università di Milano editi da Achille Vogliano, vol. I, Mediolani 1937, num. 18.

[2] E. Fraenkel, Gnomon V 1929, p. 265 s.; Lenchantin de Gubernatis, Studi Italiani di Filologia classica N. S. VII 2 1929, p. 113 s.; B. Lavagnini, Annuario 1928/29 del Liceo Ginnasio G. Carducci in Viareggio, Pisae 1929; Helm, Phil. Woch. 1930, p. 234.

Priusquam ad fragmentum Florentinum interpretandum accedam, monendum esse mihi videtur Catullum in carmine 66 *Comam Berenices* non liberius conversam, sed ad verbum fere expressam praebere. Etsi non semper id ei contigit ut singula disticha Callimachea versioni suae accurate adaequaret (cf. Cat. 66,7 s.: fragm. 34 Schn.), ipsum tamen propositum feliciter consecutus est [3]. Quam ob rem in fragmento Florentino cum carmine Catulli comparando non modo singula verba ac contextus, sed etiam distichorum compositio quam diligentissime observanda sunt.

Fragmentum Florentinum incipit a v. 45 carminis Catulliani; e disticho quod praecedebat nihil nisi vestigium minutissimum superest.

Initium fragmenti P. S. I. IX 1092 in hunc fere modum proposuerunt editores Vitelli-Norsa:

— — — —

[* * *]* * * [circa 15 ll] φε[.]ετ[
βουποροσαρσινο * * [* * * * * *]σσεο καὶ διὰ μέ[σσου]
Μηδείων ὁλοαὶ νῆες ἔβησαν Ἀθω.

Apud Catullum vero vv 43—46 his verbis scripti sunt:

Ille quoque eversus mons est, quem maximum in orbi
Progenies Thiae clara supervehitur,
Cum Medi peperere novom mare, cumque iuventus
Per medium classi barbara navit Athon.

Coma Berenices iam sidus novum in antiquis posita atque a Conone siderum spectatore regio in coelo perspecta se invitam de vertice reginae cessisse profitetur. *Sed qui* inquit *se ferro postulet esse parem?* (v. 42). Sequuntur versus qui supra allati sunt. et porro ita queritur Coma: *Quid facient crines, cum ferro talia cedant?* (v. 47). Ad v. 45 restituendum permultas coniecturas etsi viri docti iam proposuerunt, ut L. Castiglioni, P. Maas, B. Lavagnini, R. Pfeiffer, W. E. J. Kuiper, F. Ageno, R. Herzog, nulla tamen probanda atque accipienda esse videtur [4], propterea quod 1-o lectione dubia ac mea sententia vix recta nituntur, et 2-o in versu restituendo adhi-

[3] Cf. E. Fraenkel l. c. p. 265.

[4] Cf. commentarium editorum ad v. 45, P. S. I. IX p. 150; Kuiper, Studi Italiani di Fil. class. N. S. VII 2 p. 127 ss; F. Ageno, Aegyptus X 1929, p. 153 ss; R. Herzog, Hermes 71 1936, p. 345.

bent frustra locum e disticho praecedenti petitum (*Ille quoque eversus mons est* — v. 43) et nimis ad litteram scholion quoddam ad Iuven. 10,174 (Xerxes *Athonem montem dicitur perforasse et immisisse terris novom mare*) carmini Callimacheo subiciunt.

In v. 45 post αρσιν.. vestigia duarum litterarum perspiciuntur, quarum altera secundum editores definiri nequit, prior vero ad ρ potius spectat, sed etiam γ τ υ legi potest. Ac mihi quidem, postquam tabulam phototypice expressam, quae editioni adiecta est, accuratissime examinaveram, visum est has umbras ad η litteram restituendam quam optime quadrare. Opinio mea nunc, quod gaudeo, iudicio Achillis Vogliano fulcitur [5].

Βουπορος quod in papyro exstat sive βουπόρος ut plerique praeferunt, seu potius βούπορος quod fere idem valet atque μέγας πόρος (βου- pro ἐπιτατικῷ scilicet praefixo, cf. βούπεινα fr. 7,11 Pf. et βούπαις, βούγαιος, βούβρωστις *H.* VI 102, βούλιμος, βούφορτος etc. [6], sicut in commentario iudicavit Vitelli), accipi potest. Quam interpretationem unice rectam esse e coniectura a me proposita patebit. Sed lectione αρσινοη recuperata luculenter apparet hoc loco nomen reginae solum restitui posse. Ac porro id quod apud Callimachum βούπορος Ἀρσινόης legebatur convertit Catullus in linguam Latinam per *novom mare*, cf. etiam Iuvenalis scholiastam, idque eam ob causam, quod Arsinoes nomen in hoc praecipue contextu vix a lectore Romano intellegeretur.

Aetate vero Alexandrina Thraciae ora maritima, in qua Athos mons *maximus in orbi* — ut ipsa Catulli verba afferam — erigitur, quam artissime cum Ἀρσινόῃ regina connexa fuit. Arsinoe Ptolemaei I regis filia primo voto Lysimacho Thraciae regi nupsit, post eius mortem uxor fuit Ptolemaei, Macedonum regis, cui Κεραυνός cognomen erat, et denuo in Thracia atque Macedonia versabatur; postquam et ille e vita excessit, Alexandriam se contulit ac Philadelphi regis uxor facta est. Decem annis post eius mortem ca a. 260 a. Chr. n. in insula Samothracia Philadelphus templum ei erexit dedicavitque [7].

[5] Cf. Papiri della R. Università di Milano I 1937, p. 131 num. 2.

[6] Cf. etiam composita cum βου- in indice vocum Callimachearum ab O. Schneidero confecto.

[7] Cf. e. g. P. Jouguet, *L'Impérialisme macédonien et l'hellénisation de l'Orient*, Parisiis 1926, p. 217 s. et St. Witkowski, *Historia Egiptu w epoce Ptolemeuszów*, Leopoli 1938, p. 257 ss.

In illo carmine funebri, quo Arsinoe regina iam defuncta celebratur (fragm. 1 Pfeif. = *Mele* 3, *Dieg.* col. X 10 s.), memorat Callimachus praeterea de fumo, qui e facibus funereis surgens ad auras ierit atque in Thraciam se direxerit. Quo visu stupefacta Philotheris Arsinoes reginae soror diva, cum in Cereris deae comitatu insulam Lemnon ad Vulcanum Charitemque eius uxorem divinam visendos peteret, deam rogavit, ut in Athon montem ascenderet ac de causa huius miraculi sciscitaretur.

Ex eo igitur quod supra allatum est satis elucet nihil esse miri, cur meatus maritimus ad Athon montem situs, quem si fabulas sequamur Xerxes Persarum rex perforavit, a Callimacho illo poeta aulico Arsinoes reginae nomine appellatus sit.

Lacunam quae est post βούπορος Ἀρσινόης Catullum secutus [8], nisi quod passivum genus verbi activo anteposui, [ἐφύη]ς verbo supplendo restitui. In casu nominativo pro vocativo usurpato nihil est quod offendas, nam similis immutatio sermoni poetico omnino propria est [9].

Itaque distichon Callimacheum nunc demum a me restitutum hoc fere est:

βούπορος Ἀρσινόη[ς, ἐφύη]ς σέο καὶ διὰ μέ[σσου]
Μηδείων ὁλοαὶ νῆες ἔβησαν Ἄθω.

Qua restitutione facta patet Catullum leviter modo exemplar Callimacheum immutavisse. V. 43 etsi transponere in Graecum vix ausim et id quod proposuit Castiglioni [10] certe post ea quae supra a me exposita sunt probari nequit [11], at restitutio quidem versus insequentis ad ipsa fere Catulli verba ab eodem viro docto translati plane convenit: ὧν Θείης ὁ γόνος λαμ-

---

[8] Codex Veronensis exhibet lectionem corruptam: *propere; peperere* Itali, nonnulli vero praeferunt vix recte — *rupere.*

[9] Cf. R. Kühner, *Ausführliche Grammatik d. gr. Sprache*[3], vol. I p. 47 s. et St. Witkowski, *Historyczna składnia grecka*, Leopoli 1936, p. 237 s.

[10] Bollettino di Filologia classica XXXV 10 p. 268 s.; cf. etiam A. Rostagni, Rivista di Filologia e d'Istruzione classica, N. S. VII 2 p. 289 s.; H. W. Prescott, Classical Philology XXIV 3 p. 289 s.; Housman, Class. Rev. XLIII p. 168.

[11] l. c., cf. Aegyptus X p. 156:
[καὶ γὰρ ἀνετρέφθης, ἐφάλων ὕψιστε κολωνῶν
ὧν Θείης ὁ γόνος λαμπρὸς ὑπερ]φέ[ρεται]
βουπόρος ἄρσιν ὄρ[υξ' ὀβελό]ς σεο, καὶ διὰ μέ[σσου] κτλ

πρὸς [ὑπερ]φέ[ρεται], ubi de Borea rem agi R. Pfeiffer iam demonstravit.

In vv 47—53 ab editoribus statim restitutis nihil habeo quod reprehendam.

Coma in re sua enarranda procedens refert, quo modo a domina sua abiunctam Zephyrus [12] se per aetherias umbras tollens avolaverit inque Veneris gremio collocaverit. In v. 54, quo Zephyri epitheton continetur, editores ita lacunam supplevérunt: [λάτρις] ἰο[ζ]ώνου λοκρικὸς Ἀρσινόης.

Etiam ad hunc locum nonnullae coniecturae propositae sunt [13], quae tamen omnes difficultatibus laborant. Equidem hunc quoque versum ex ipso Catullo, apud quem *ales equos* (alii legunt: *alisequos* ex Papinio Statio *silv.* III 1, 156 correctum; *elocridicos alis equos* OGRM) exstat, restituendum esse puto: [πτηνὸς] ἰο[ζ]ώνου Λοκρικὸς Ἀρσινόης, ubi Λοκρικὸς adiectivum sensu substantivi usurpatum esse patet [14]. Quo versu poeta ad locum quendam, quem G. Coppola ex Hygino *astr.* II 24 attulit, leviter alludere videtur: *Berenicen nonnulli cum Callimacho dixerunt equos alere et ad Olympiam mittere consuetam fuisse* [15].

At in epiniciis in Magam et Berenicen compositis atque in Σωσιβίου νίκῃ victoriae equorum in stadio reportatae a Callimacho celebrantur, ex quo efficitur eos qui in Aegypto honestatibus praediti fuerunt, satis saepe equos aluisse. Itaque non video, cur etiam Arsinoe regina equos ad stadium non miserit, inter quos alebatur fortasse et is, cui Locrico nomen fuit. Quod vero attinet ad coniecturam a Girolamo Vitelli propositam, qui in voce λάτρις „famulum" Catullianum subesse suspicatur, minime persuaderi mihi potest, nam si versuum ordinem secutus sis, vocem „famulum" in ἐπὶ χρέο[ς εἴλατο latere perspicies.

In v. 58 una cum Eduardo Fraenkel [γραῖα Κ]ανωπίτου ναιέτις α[ἰγιαλοῦ] Callimachum scripsisse censeo.

---

[12] Quid contulisset fragmentum Florentinum ad hunc locum Catulli per se parum dilucidum intelligendum, satis iam docuerunt G. Vitelli et E. Fraenkel, cf. Gnomon V 1929, p. 265 s.

[13] [Πήγασος] εὐ[ζ]ώνου Lenchantin, ἵππεὺς (?) Rostagni.

[14] Cf. E. Bickel, *Der Kallimachospapyrus „Die Locke der Berenike" und Catull als Uebersetzer*, Rhein. Mus. f. Phil. XC 1941, p. 223.

[15] Rivista di Filol. N. S. VIII 1920, p. 273 s., cf. 35 Schn.

Vv 59—64 in hunc modum restitutos proposuerunt editores:

[ὄφρα δὲ] μὴ νύμφης Μινωίδος ο[ὐρανὸν ἴζοι]
[χρύσε]ος ἀνθρώποις μοῦνον ἐπὶ σ[τέφανος]
[λάμπω]ν ἐν πολέεσσιν ἀρίθμιος, ἀλλ[ὰ φανείην]
[καὶ Βερ]ενίκειος καλὸς ἐγὼ πλόκαμ[ος·]
[κύμασι] λουόμενόν με παρ' ἀθα[νάτους ἀνιόντα]
Κύπρι]ς ἐν ἀρχαίοις ἄστρον [ἔθηκε νέον.]

Apud Catullum, cuius carmen 66 identidem cum fragmento Callimacheo conferendum est, in versu statim primo (v. 59) graves corruptelae latent neque adhuc hic locus sanatus est: *hi dii ven* — in libris scriptum exstat, et permultae coniecturae a viris doctis propositae sunt, sed mirum in modum ratione palaeographica fere neglecta[16].

Equidem ex ipsa scriptura observanda profectus in hac corruptela nomen Hydrae constellationis latere conieci[17]. Et recte quidem, nam id quod apud Catullum vv 65—68 legitur:

Virginis et saevi contingens namque Leonis
Limina, Callisto iuncta Lycaoniae,
Vertor in occasum, tardum dux ante Booten,
Qui vix sero alto mergitur Oceano, —

continet descriptionem regionis caeli, in qua coma Berenices fixa est. Quae regio est autem pars eius spatii, ubi in caelo Hydrae constellatio porrigitur[18]. Aratus his verbis Hydram describit: *Phaenom.* 443 ss:

Ὕδρην μιν καλέουσι. Τὸ δὲ ζώοντι ἐοικὸς
Ἡνεκὲς εἵλεται· καί οἱ κεφαλὴ ὑπὸ μέσσον
Καρκίνον ἵκνεῖται· σπείρῃ δ' ὑπὸ σῶμα Λέοντος·
Οὐρὴ δὲ κρέμαται ὑπὲρ αὐτοῦ Κενταύροιο.
Μέσσῃ δὲ σπείρῃ Κρητήρ, πυμάτῃ δ' ἐπίκειται
Εἴδωλον Κόρακος, σπείρῃν κόπτοντι ἐοικός.
Ναὶ μὴν καὶ Προκύων Διδύμοις ὕπο καλὰ φαείνει.

---

[16] *hic nivei* Baehrens; *ardui ibi* Barnh. Schmidt; *siderei* Lenchantin; *deinde illinc* Fraenkel.

[17] Quivis codicum scripturae non ignarus concedet *y* litteram et *r* litteram cum littera *i* perfacile confundi posse nec aliter ligaturae *ae* et *iu* haud dissimiles esse. Praeterea cf. ceteros errores qui in codicibus exstant: e. g. v. 60 *adrianeis;* 63 *uindulum* a *fluctu* et *decum me.*

[18] Cf. etiam Fr. Boll apud Roscherum VI col. 867 ss et ibidem adiectam tabulam e codice Vaticano caeli signa repraesentantem col. 897—898.

Pap. Univ. Mediol. I 18 col. V 40 exhibet porro versum primum *Comae Berenices:* Πάντα τὸν ἐν γραμμαῖσιν ἰδὼν ὅρον ἥτε φέρονται; unde elucet id quod in codicibus Catullianis *lumina* scriptum est in *limina* corrigendum esse:

Omnia qui magni dispexit limina mundi.

Bernhard Rehm recte iudicare videtur, cum censet locos Catulli 1,7,59 ad hoc exemplum corrigendos esse [19].

Itaque versus Catulliani, quibus καταστερισμός comae Berenices describitur, in hunc fere modum scribendi sunt:

(v. 59 ss) Hydrae en ibi vario ne solum in limine caeli
Ex Ariadneis aurea temporibus
Fixa corona foret, sed nos quoque fulgeremus
Devotae flavi verticis exuviae,
Uvidulam a fluctu cedentem ad templa deum me
Sidus in antiquis diva novom posuit [20].

In vv 59—60 elegiae Callimacheae ab editoribus restitutis tmesis in verbo ἐφίζειν, ubi insuper praepositio longius distat a verbo suo, ut iam omittam id, quod casus dativus hic potius quam accusativus exspectatur, mihi valde displicet. Tabula phototypica accuratius examinata umbras litterarum, quas editores ις legerunt ad η litteram potius pertinere mihi persuasum est. Qua re perspecta atque his versibus cum Catullianis collatis hanc fere huius loci restitutionem propono:

[ἔνθα δὲ] μὴ νυμφῆς Μινωΐδος ο[ὔρεσιν Ὕδρης]
60 [χρύσε]ος ἀνθρώποις μοῦνον ἐπῆ[ι στέφανος]
[τείρεσι]ν ἐν πολέεσσιν ἀρίθμιος, ἀλλ[ὰ φανείην]
[καὶ Βερ]ενίκειος καλὸς ἐγὼ πλόκαμ[ος·]
[νάμασι] λουόμενόν με παρ' ἀθα[νάτους ἀνιόντα]
[Κύπρι]ς ἐν ἀρχαίοις ἄστρον [ἔθηκε νέον.]

59. ἐνθάδε vel αἶψα δὲ proposuit iam Eitrem, cf. comm. edit., p. 152. 61. τείρεσιν Kuiper. 63. νάμασι: de supplementi ratione vide infra. — κύμασι vel κύματι Vit.: ὕδατι Fraenk.; χρίμασι Lenchantin.

[19] Pap. Univ. Mediol. I p. 131, cf. R. Herzog, Hermes 71 1936, p. 345.

[20] Ad vv 77—78 Catulli, qui in codicibus corrupti exstant, hanc novam lectionem propono:

Quicum ego dum virgo curis quondam omnibus expers
unguenti Suriei milia multa bibi.

Ex his versibus Callimachi nunc demum a me ad exemplar Catulli restitutis iam vides comam Berenices haud procul corona Ariadnae a poeta sitam esse in illo caeli spatio, ubi constellatio Hydrae late porrigitur. Sed ex Arato eiusque scholiis comperimus caput Hydrae subter Cancerem latere ipsamque subter Leonem ac Virginem usque ad Centaurum incurvari; in parte media stare urnam ac in cauda esse corvum, qui rostro caedat. Quem corvum, ut fabulam sequamur, Apollo aquam sibi apportare iussit; sed corvus, cum ad fontem ficos nondum maturas offendisset, quoad maturitatem assequerentur mansit, lingua eas lambens, denique urnam reportavit una cum ipsa Hydra, quam fontem exhausisse accusavit. Quem ut puniret, Apollo siti per sexaginta dies, usque ad tempus, quo fici maturescunt, cruciari fecit.

Aegyptii vero, qui prius in Eridani signo caelesti (cf. Arat. *Phaenom.* 359) se Nilum agnoscere credebant, inde ab aetate Theonis in Hydrae signo eum aspicere maluerunt [21].

Quae cum ita sint, quam subtilis atque elegans fuit poeta, qui comam reginae in sua patria caelesti ad Nilum collocaverit! Ac nexus Hydrae e terris spectati ad instar montium repraesentantur, nec dubium est quin Callimachus sermone poetico nisus hoc praecipue vocabulo usus sit. Itaque coma Berenices, priusquam ad suum locum in caelo fixum pervenisset, fontem Hydrae penetrare coacta est, unde coniectura ad v. 63 a me proposita originem ducit.

His rebus ita expositis observationes ad fragmentum Callimachi Florentinum absolvimus. Ex eis vero quae supra proposita sunt, luculenter apparet poemation, quod adhuc omnino neglectum fuit, natali colore soli Alexandrini potius imbutum esse.

Sed quo facilius contextus Comae Berenices perspiceretur, fragmentum integrum, quantum restitui posset, exscribendum curavi:

— — — — — — — — — —

ὧν Θείης ὁ γόνος λαμπρὸς ὑπερ[φέ[ρεται.
βούπορος Ἀρσινόη[ς, ἐφύη]ς σέο καὶ διὰ μέ[σσου]
Μηδείων ὁλοαὶ νῆες ἔβησαν Ἄθω.
τί πλόκαμοι ῥέξωμεν, ὅτ' οὔρεα τοῖα σιδήρ[ωι]

[21] Cf. J. H. Voss, *Aratos*, Heidelbergae 1824, pp 82—83 (notae).

ε[ἴ]κουσιν; Χαλύβων ὡς ἀπόλοιτο γένος,
γηόθεν ἀντέλλοντα, κακὸν φυτόν, οἵ μιν ἔφ[ηναν]
πρῶτοι καὶ τυπίδων ἔφρασαν ἐργασίην.
[ἤδη ἀπ]ότμητόν με κόμαι ποθέεσκον ἀδε[λφεαί]
[καὶ] πρόκατε γνωτὸς Μέμνονος Αἰθίοπο[ς]
ἴ[ε]το κυκλώσας βαλιὰ πτερὰ θῆλυς ἀήτης
[πτηνὸς] ἰο[ζ]ώνου Λοκρικὸς Ἀρσινόης.
[οὗτος ἐμὲ πνοιῇ]σι δι' αἰθέρα νυκτὸς ἀείρας
[Κύπρι]δος εἰς κόλ[πον σεμνὸν ἔνεικε θεῆς].
[αὐτή] μιν Ζεφυρῖτις ἐπὶ χρέο[ς εἵλατο τοῦτο]
[γραῖα Κ]ανωπίτου ναιέτις α[ἰγιαλοῦ].
[ἔνθα δὲ] μὴ νύμφης Μινωίδος ο[ὔρεσιν Ὄθρης]
[χρύσε]ος ἀνθρώποις μοῦνον ἐπῆι στέφανος]
[τείρεσι]ν ἐν πολέεσσιν ἀρίθμιος, ἀλλ[ὰ φανείην]
[καὶ Βερ]ενίκειος καλὸς ἐγὼ πλόκαμο[ς]
[νάμασι] λουόμενόν με παρ' ἀθα[νάτους ἀνιόντα]
[Κύπρι]ς ἐν ἀρχαίοις ἄστρον [ἔθηκε νέον].

— — — — — — — — — —

Supplementa, quae in apparatu non indicantur, sunt editorum (Vitelli-Norsa).

43. vix recte ita Castiglioni restituere tentavit:
καὶ γὰρ ἀνετρέφθης, ἐφάλων ὕψιστε κολωνῶν
44. supplevit Cast.; de Borea vento hic agi agnovit Pfeiffer.
45. βούπορος Ἀρσινόη[ς, ἐφύη]ς scripsi; complures coniecturas et suas et alienas congessit ad hunc locum F. Ageno, *Aegyptus* X 1929, p. 153 s.
51. suppl. Pfeiffer, in fine Vit.
54. [πτηνὸς] scripsi.
55. κοῦφα δέ μ]ε πνοιῇ[σι δι' ἠέρος οὗτος ἀείρας Vit.: ὁ σκιερὴς (vel καὶ πολιῆς) πνοιῇσι με δι' αἰθέρος ὕψος ἀείρας Pfeif.; νυκτὸς ὅ μ]ε πνοιῇ[σι δι' αἰθέρος ὕψος ἀείρας Bick.
56. editt.
57. ἦκεν ἐκεῖνο Pfeif.; εἵλατο τοῦτο Vit.
58. Γραῖα Vit.; Φθῖα Pfeif.; Θρᾷσα Bick.
59. ὄφρα δὲ] μὴ νύμφης Μινωίδος ο[ὐρανὸν ἴζοι Vit. et Pasq.; ἐνθάδε Eitrem, cf. comm. ad versum P. S. I. IX 1929, p. 152; ὄ[γχος ἔτ' εἴη] Kuiper; ο[ὔρεσιν Ὄθρης] scripsi.
60. ἐπῆ[ι στέφανος] scripsi; ἐπὶ σ[τέφανος] editt.
61. [τείρεσι]ν Kuip.; [λάμπω]ν editt.
63. [νάμασι] scripsi; [κύμασι vel -τι] editt; [ὕδασι] Fraenkel; [χρίμασι] Lenchantin: *uvidulam a fluctu*, quod exstat apud Catullum, perpere mutatur in *a fletu*.

Cf. locos Catulli:

54. optulit Arsinoes Locricos alisequus
58. grata Canopitis incola litoribus
59. <Hydrae>en ibi vario ne solum in limine caeli
55. isque per aetherias me tollens avolat umbras

II.

Symbolae ad Διηγήσεις Callimachi pertinentes.

Omnia Callimachea quae his ultimis annis ad lucem redierunt, volumen, quo poematum Callimachi Διηγήσεις continentur, vi ac gravitate superat [22]. Quas ad supplendas atque emendandas praeter Hieronymum Vitelli, Medeam Norsa, Achillem Vogliano, editores bene meritos, complures iam viri docti operam navarunt stipemque contulerunt [23].

Quorum etiam opera factum est ut editio perfectior voluminis inter Papyros Universitatis Mediolanensis asservati iam nobis praesto sit. Sed nequaquam omnes omnino difficultates, quae in Διηγήσεσιν legendis restituendisque opponuntur adhuc superatae sunt. Itaque nonnullas coniecturas hoc loco proponere mihi liceat.

Volumen Mediolanense, cuius pars laeva et non mediocris desideratur hac ratione perscriptum est ut singulis argumentis primi quique poematiorum versus paulisper expositi praemittantur. Simili ratione librorum catalogi, qui ex ipsa antiquitate servati inter papyros ad nos pervenerunt [24], et ille praecipue bibliothecae Alexandrinae catalogus Callimacheus confici solebant.

Argumenta ad singula Callimachi carmina nequaquam aequa cura perficiuntur: exstant quae perfectiora ac magis copiosa sint, et ea quae paucissimis verbis absolvantur.

Ac praeter hoc volumen Mediolanense exstat etiam haud dissimilis opusculi fragmentum Florentinum (P. S. I. XI 1219) eiusdem II s. p. Chr. n., eademque fere ratione confectum, quo Διηγήσεις Mediolanenses ex parte suppleri possunt.

Hoc fragmentum novum, quod Scholia Florentina dici solet, argumenta elegiae Telchiniae, prologi scilicet *Aetiorum*,

---

[22] ΔΙΗΓΗΣΕΙΣ *di Poemi di Callimaco in un papiro di Tebtynis*, a cura di M. Norsa e G. Vitelli, Florentiae 1934. Iterum papyrum novo fragmento auctam edidit A. Vogliano, Papiri della R. Università di Milano, vol. I, Mediolani 1937, num. 18.

[23] Cf. A. Vogliano l. c. pp 67—68.

[24] Cf. Pap. Flor. III 371 et J. Manteuffel, *Wykazy książek w papyrusach*, Munera philologica Ludovico Ćwikliński oblata, Posnaniae 1936, p. 147 et *Pap. Varsov.* 1935, num. 5.

insequenti *Somnio* Callimachi leviter attacto, ac quattuor elegiarum *Aetiorum* libri I-mi complectitur [25]. Sed hic, quod dolemus, fragmentum deficit. Compositio vero libri II e Pap. Oxyrh. XVII 2080 aliqua ex parte elici potest. Διηγήσεις Mediolanenses incipiunt vicissim ab fragmento quodam separato, quo argumentum illius de Acontio et Cydippa elegiae continetur, tum denique sequitur volumen asservatum, in quo exstant argumenta quattuor elegiarum libri III, ex parte mutilata, ac deinde 17 libri IV iam integri. *Aetiorum* libros quattuor excipit *Iamborum* liber 13 poematia complexus, quem denuo quattuor *Mele* consequuntur. Argumento *Hecales* breviter absoluto locos selectos *Hymnorum* I—II epitomator diligentius tractat, sed sive labore fessus, seu aliqua re impeditus opus suum imperfectum reliquit.

1. *Dieg.* (Pap. Univ. Mediol. I 18) col. I 3.

In primo statim lemmate e Callimacho allato, quod ita editores legerunt:

Εἶπ' ἄγε μοι . . . .[.]. . . α[. . . . . .].[.]. λαται, ἥνις,

has novas lectiones propono:

Εἶπ' ἄγε, Μοῦσ[α], σ[ὲ] μ.αι[νόμενον, Ζεῦ,] ἁδὺ γὰρ ἥ πᾶς.

Quo versu introducitur αἴτιον quoddam Eleorum, de cuius argumento propter chartam hoc praecipue loco vehementer laesam non liquet. Iovem, utpote in Elide vel maxime adoratum [26], in lacuna posui. Lectionem Μοῦσα, quam hic subesse Vogliano iam suspicatur, pro certa fere habeo. Ad exitum vocabuli post quartum biceps monosyllabum cf. Callim. *H.* IV *226*.

Ad ipsum vero elegiae argumentum ex aliqua saltem parte adumbrandum conferas velim ea quae exstant apud Ovidium, *Ibis* 363 s.:

ut iuvenes pereas, proiecta cadavera quorum
oraque Piseae sustinuere fores.

In singulis adde lectiones: φησὶν ἐν Ἴλιδι εἶ[ναι col. I 4; ἄνδρα καθ' ὧν[ibidem I 9.

[25] Cf. Pauli Maas excursus I—III, qui adiecti sunt editioni Achillis Vogliano supra citatae.

[26] Cf. Callim. *Iamb.* 6 = fragm. 25 Pf. = *Dieg.* col. VII 25: Ἀλεῖος ὁ Ζεύς, ἃ τέγνα δὲ Φειδία.

2. *Dieg.* col. I 10—11.

Lemma: Ὧδ' ἔλες οὐλοὸν ἔγ[χος (suppl. prop. Maas). Ad ipsum argumentum: id quod ab editoribus Φησὶ σίνδιον δ[legebatur, mihi φησὶ Σιναῖον ἄ[νδρα legendum esse videtur, unde αἴτιον quoddam Sinaiticon hic exstare apparet.

3. *Dieg.* col. III 12.

Lemma ab editoribus ita lectum: Νέκταρος ι [* * * * * *] * ν * υθιον γένος ηραπεδο[charta quadam P. S. I. XI 1218 c collata scribendum esse proposuit Vogliano[27]: Νέκταρος ι [* * * * * *] * ν * γλόκιον γένος ἦ ῥα πέδο[ιο,
equidem ita restituendum esse puto:

Νέκταρος ἐ[κ φιαλῶ]ν γ[λ]ύ<κ>ιον γένος, ἦ ῥα πέδοι[ο,

cf. οἰνοδόκος φιάλη Pind. *Isthm.* 6,40; Eur. *Ion* 1182; γ[.]υθιον errore videlicet Pap.

De argumento nihil nisi exiguae reliquiae exstant.

4. *Dieg.* col. III 25.

Lemma: Τὸν νεκρ[ὸ]ν * [* * * * * *] ιτ [* * * *] υβατον ις τιν αευω legerunt editores, quod ita fere restitui potest:

Τὸν νεκρὸν π[αριὼ]ν τ[όπον ε]ὔβατον <ε>ἴς τινα ὀ<ήσ>ω
[ἵππον κτλ.

ις Pap. δευω Pap., ubi δ littera minutissima ac paulisper rotundata superscripta est.

Loquitur Hippomenes, qui, secundum elegiae argumentum, filiam suam ab aliquo iuvene in stuprum clandestinum illectam cum equo clausit concubituram. Unde Athenis locus quidam Ἵππου καὶ Κόρης vocatur. Pergit epitomator: τὸν δὲ συνγενόμενον αὐτῇ δόρατι παίσας νεκρὸν ἐξέδησε ἵππου, ὥστε κατὰ τοῦ ἄστεος σύρεσθαι, unde errorem ab librario commissum correxi, cf. etiam commentarium editorum et fragm. 457 Schn.

5. *Dieg.* col. IV 26.

Argumentum elegiae ad Herae statuam pertinentis, cuius lemma inter lacunam excidit, ut ita legam, mihi persuasum est: 23 s. ...τὸ ξόα]νον τῆς Ἥρας [ἀνδρι|αντοειδὲ]ς ἐ[γέ]νετο ἐπὶ βασιλέως

[27] Pap. Univ. Mediol. I p. 172.

‖ Προκ[λέος. τὸ] δὲ ξύ[λον], ἐξ οὗ εἰργάσθη, (adhuc editores) [τ]ετμη-[μένον] ἀν[⟨έ⟩ω]σαν. κτλ.

ει . . . [. . . . .] . αμ[.] σο.ν legerunt editores.

6. *Dieg.* col. V 9 s.

Lemma: Οἰσύδρεω Θρήϊκος ἐφ' ἅρματι πολλὰ Θάσοιο

αἵματι editt, sed ea littera, quam pro ι accipiunt, re vera ρ esse videtur, nam hasta perpendicularis quae exstat puncto in parte superiore est aucta, cf. ρ litteram in verbo ὁρμίζεσθαι supra in l. 7 scriptam.

Ad argumentum elegiae, id quod adhuc neglectum fuit, locus Ovidii quidam (*Ibis* 475 s.) conferendus est:

praedaque sis illis, quibus est Latonia Delos
ante diem rapto non adeunda Thaso,

unde habes, quo lacuna in l 12 restituatur: διαπολιορκηθῆναι Θασί-[ους. Parii, postquam ab eis Oesydres Thrax interfectus est, Thasios obsessione vexabant, donec Apollo, ut multam committerent, vaticinatus est. Id quod sequitur ita legerunt editores: οἱ δὲ τει|χο* [* * *] ναῦν οὐτε [* * * *] Θασίοις ἐρ[ω]τῶ[[ι]]σι [κελεύ]ειν [τ]ὴ[ν ναῦν ἀποπ]έμπειν πά|λ[ιν... sed me in legendo supplendoque paulisper processisse credo: οἱ δὲ τει|χο[ῦσιν] ναῦν ὅθι γ[ε τοῖς] Θασίοις ἐρ[ω]τῶ[[ι]]σι [κελεύ]ειν [τ]ὴ[ν Θεὸν(?) ἀποπ]έμπειν πά|λ[ιν... Ea quae sequuntur restitui iam nequeunt.

7. *Dieg.* col. V 19 s.

De ipso lemmate, quod inter lacunam periit, nihil fere servatum est. Sed ad elegiae argumentum contulit iam P f e i f f e r hunc locum ex Ovidio depromptum: *Trist.* V 5,33 ss:

Consilio, commune sacrum cum fiat in ara
fratribus, alterna qui periere manu,
ipsa sibi discors, tamquam mandetur ab illis,
scinditur in partes atra favilla duas,
hoc, memini, quondam fieri non posse loquebar,
et me Battiades iudice falsus erat.

Quo loco nisus ipsaque charta phototypice expressa diligentissime examinata in hunc fere modum elegiae argumentum, quod maxime mutilatum ad nos pervenit, restituere tentavi:

Φη[σὶν ὅτι] τοῖς ὁ[μῶς θανοῦσι]ν ὅτ[ε ἐθυσία]ζον, ἀνίε]ται ὁ ἐ[ναγώνιος] καπ[νὸς αὐτός | τε δίχα] σχ[ίζε]τ[αι ἐπὶ τοῖς] ἐναγί[σμασι, | τὴν μὲν δ]ια[φορ]ὰν αὐ[τομάτως] σημαίνε[σθαί φη σιν, τοὺ]ς δὲ οὐν ἐφ' ἱ[λασμ]ὸν ἀπολελ[οιπέναι, | ἀλλὰ τ]ὴν Ἀντιγόνην ὡς οὐδὲ ἐκεῖ ν[οοῦσαν.

Cf. etiam Ovid. *Ibidis* vv 35–36:

> Et nova fraterno veniet concordia fumo,
> quem vetus accensa separat ira pyra.

Huc fortasse pertinet fragmentum anonymum e Plutarcho depromptum 373 Schn.

8. *Dieg.* V 25 s.

Lemma huius elegiae ita typis ab editoribus expressum est: Ὧδε [* * * *] γ[[ε]]ίνεσθε Παν[[ν]]ελλάδος, ὧδε τελέ[σ]σαι, quod tamen omnino sensu carere nemo est quin dubitet. Equidem hoc modo versum restitui:

> Ὧδε [τί] γίγνεσθαι πάλιν, ἀλλὰ δὸς ὧδε τελέ[σ]σαι
> [τὸν βίον κτλ.

ὧδε [τί] scripsi; editt. lacunam quattuor litterarum esse existimant, sed aliquantum huius spatii occupant litterae ε et γ quae fractae in charta exstant, vel etiam littera quaedam erasa est. — γεινεσθε Pap.: correxi: — πάλιν: legerunt iam Vitelli-Norsa; negat, vix recte, Vogliano; — ἀ littera in ἀλλὰ fere est certa: Πανελλάς subesse perperam contendit Vogliano.

Argumento elegiae, de qua multas ac sane diversas opiniones viri docti protulerunt neque adhuc consensum assecuti sunt[28], maxime allicimur. Quod argumentum ita ab eo qui epitomen confecit exponitur:

φ[ησὶ] Πευκετίων προσκαθημένων [τ]οῖς τείχεσι τῆς Ῥώμης τῶν Ῥωμαίων Γάϊον ἐναλλόμενον κατα⟨β⟩αλεῖν τὸν | [ἐ]κείνων ἡγούμενον, τρωθῆναι δὲ εἰς ‖ τὸν μηρόν· μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ τῷ σκάζειν | δυσφορήσαντα παύσασθαι τῆς ἀθυμίας | ὑπὸ τῆς μητρὸς ἐπιπληχθέντα.

27. τὸν Ῥωμαῖον prop. recte fortasse Vit.-No.
28. κατακαλειν Pap.; corr. Maas, sed fortasse καταπάλ⟨λ⟩ειν scribendum; κατακανεῖν prop. Theiler.

[28] Cf. A. Vogliano l. c. p. 127 s.

Verba in lemmate allata a Gaio Romano quodam pronuntiata esse ex hoc argumento patet [29].

9. *Dieg.* col. V 33 s.

Lemma Morelum secutus ita scripsit Vogliano:

'Αργὼ καὶ σὲ Πά⟨ν⟩ο⟨ρ⟩με κα[τ]έδραμε ⟨κ⟩αὶ τεὸν ὕδωρ.

Ad versum ita restitutum haec mihi notanda sunt: ut Πάνορμε lectionem assequerentur, duas litteras quae in charta leguntur, sua sponte editores mutaverunt; tum in κα[τ]έδραμε inter α et ε litteras nullam litteram evanuisse pro certo habeo; littera quae ε legebatur filo chartario paulisper hoc loco subobscuro reapse ς littera est. Etiam in καὶ emendatio omittenda esse videtur, etsi κ litteram contra atque ceteris locis fit scriptam esse concedo, nam in χ littera lineolae latius decussantur.

Quibus rebus perspectis hanc versus recensionem propono:

'Αργὼ καὶ σέ, Πάρος, μ⟨ή⟩ ἑκὰς δράμε καὶ τέον ὕδωρ

σέ ex συ corr. Pap.; μεκας quasi ex haplographia Pap.

Elegia ipsa huius fuit argumenti:

Φησὶ τοὺς 'Αργοναύτας ὑδρεύσασθαι ἀ||ποβάντας εἰς Κύζικον, ἀπολιπεῖν τὸν | λίνον ἐνθάδε ᾧ ἐχρῶντο ἀγκυραίᾳ | ἐλαφρότερον ὄντα. τοῦτον δ' ὕστερον | κα⟨θ⟩ιερωθῆναι 'Αθηνᾷ, ἕτερόν γε μὴν | βαρύτερον ἀναλαβεῖν.

36. λινον et αγκυραια quod exstat in Pap. in λί⟨θ⟩ον et ἀγκύρα[[α]], vix recte, corr. Vogliano; ἀγκυραίᾳ — vox nova, num pro ἀγκυρίοις usurpata?

38. κα⟨θ⟩ιερωθῆναι corr. Vogliano; καταιερωθηναι Pap.

Ad templum Minervae Cyzici situm contulerunt editores *A. P.* VI 342, ad ipsam vero rem enarrandam Arr. *Peripl.* 9, 1 s.

Hae fere sunt observationes, quas contuli ad ipsa lemmata atque argumenta elegiarum, quae in *Aetiorum* libris exstant. Sed quo facilius versus Callimachei, quos nunc demum a me restitutos esse spero, perspicerentur, lemmata denuo enotavi:

1. Εἶπ' ἄγε, Μοῦσα, σὲ μαι[νόμενον, Ζεὺ.] ἀδὺ γὰρ ἦ πᾶς
Αἴτιον 14 libri III

2. Νέκταρος εἰκ φιαλῶ]ν γλύκιον γένος, ἦ ῥα πέδοιο
Αἴτιον 4 libri IV

[29] Huc contulit Stroux locum Ciceronis *De oratore* II 216 s.

3. Τὸν νεκρὸν π[αριὼ]ν τ[όπον ε]ὔβατον εἴς τινα δήσω
Αἴτιον 5 libri IV

4. Οἰσύδρεω Θρήϊκος ἐφ' ἅρματι πολλὰ Θάσοιο
Αἴτιον 13 libri IV

5. Ὧδε [τί] γίγνεσθαι πάλιν, ἀλλὰ δὸς ὧδε τελέσσαι
Αἴτιον 15 libri IV

6. Ἀργὼ καὶ σέ, Πάρος, μὴ ἑκὰς δράμε καὶ τέον ὕδωρ
Αἴτιον 16 libri IV

10. *Dieg.* col. VII 1 s.

In ea voluminis parte, quae complectitur Διηγήσεις ad *Iambos, Mele, Hecalen, Hymnos* pertinentes, papyrus multo melius conservata et lectu est facilior et in lacunis restituendis minores difficultates praebet. Quam ob rem lemmata carminum uno solo excepto iam ab editoribus statim lecta ac restituta sunt et nihil fere habeo quod addam. Sed in argumento 4 *Iambi*, qui maiore ex parte in Pap. Oxyrh. VII 1011 fol. IV^{r} 17 = vv 206—302 Pf. servatus est, restituendo nonnulla mea opinione rectius legi ac corrigi possunt. Quo facilius, quid inter meam atque editorum lectionem intersit, comparare possis, ambas simul hoc loco propono:

Lectio editorum.	Lectio mea.
Διεφέρετο ὁ ποιητὴς πρός τινα τῶν ἐφαμίλλων· Σῖμος δέ τις παρατυχὼν παρυπέκρουεν ἄμφω παρενδικνύμεν[ο]ς ἴσος ἴναι.	Διεφέρετο ὁ ποιητὴς πρός τινα τῶν ἐφαμίλλων· Σῖμος δέ τις παρατυχὼν παρυπέκρουεν ἄμφω παρενδικνύμεν[ο]ς ἴσος ἴναι.
Θρᾶικα δέ φησιν αὐτὸν καθεστάναι 〈 ——— 〉 παιδοκλέπτης ἐστί. καὶ γὰρ τὸν |〈αἶν〉ον παρατίθεται [[κελευθον]] ὡς ἐν Τμώλῳ 〈δάφνῃ καὶ〉 ἐλαία διεφέροντο ὑπὲρ πρωτείων |(παρεπεφύκεσαν δ' ἀλλήλαις)· διεξήε|σαν δὲ τὰ προσόντα ἑαυταῖς χρήσιμα. ἐπὶ πλεῖον δὲ διαφερομένων ὑποτυχοῦσα βάτος παλαιά· Πέπα〈υσθε〉 [[πρινει]] μὴ ἐ[π]ίχαρτοι 〈τοῖ〉ς δυσ[μ]ενέσι γε|νώμεθα' (π[αρ]επεφύκ[ει γὰρ αὐ]ταῖς)...	Θρᾶικα δέ φησιν αὐτὸν καθεστάναι — παιδοκλέπτης ἐστὶ καὶ γὰρ τὸν οἶμον παρατίθεται κελεύθ〈ει〉ον ὡς ἐν	Τμώ|λῳ 〈δάφνῃ καὶ〉 ἐλαία διεφέροντο ὑπὲρ πρωτείων (παρεπεφύκεσαν δ' ἀλλήλαις)· διεξήεσαν δὲ τὰ προσόντα ἑαυταῖς χρήσιμα. ἐπὶ πλεῖον δὲ διαφερομένων ὑποτυχοῦσα βάτος παλαιά· Πείσασθαι πρίν, εἰ μὴ ἐ[π]ὶ χαρτοῖς δυσ[μ]ενέσι γενώμεθα' (π[αρ]επεφύκ[ει γὰρ αὐ]ταῖς)...

Ea quae sequuntur iam pridem restituta sunt.

6. lacunam hic subesse censet Vogl., sed fortasse nihil excidit. 7. ωμον Pap.: correxi; ad οἶμον cf. Callim. *Hymn.* I 78: λόρῃς εὖ εἰδότας οἴμους. 12. πείσασθαι in Pap. legi: πεπαιθαι editt, unde in πέπα⟨υσθε⟩ corr., sed π littera mea sententia nullo modo legi potest, etiam σ littera pro ea, quam ι legerunt editt, in Pap. exstat. 13. πρινει del. vix recte editt; ἐ[π]ὶ χαρτοῖς scripsi, cf. Archil. fragm. 66,6 Bergk; ἐ[π]ίχαρτοι ⟨τοῖ⟩ς δυσ-[μ]ενέσι editt.

Lemma huius Iambi hoc est:

Εἷς οὐ γὰρ ἡμέων, παῖ Χαριτάδεω, καὶ σύ.

Iambus complectitur maximam partem illud lauri et oleae certamen, quo ideo tam delectamur, quod narrationes sensui populari accomodatas redolet. Sed in prooemio huius carminis ad aemulatorem suum quendam leviter alludit poeta et eam praecipue partem servatam non esse valde dolemus. Per hoc prooemium denuo ad illas poetarum Alexandrinorum contentiones descendimus, quae et apud ipsum Callimachum, velut in elegia Telchinia = Pap. Oxyrh. XVII 2079 [80], *Epigr.* 21,28, *Iamb.* 13, *Hymn.* II 105 s., et apud ceteros huius aetatis poetas, veluti Herondam *Mimiamb.* 8, Theocritum *Idyll.* 7 leguntur.

11. *Dieg.* col. IX 12.

Editoribus nondum contigit ut lemma Iambi 11 recte legant:

Αλλουτονυ[[γ]]ανος τὸ σᾶμά μευ.

Sed mihi quidem videtur in charta id fere scriptum esse: Αλλ' οὐ τοίου ψανὸς τὸ σᾶμά μευ, cf. Callim. *Epigr.* 21 et 35; ad vocem vero ψήν Aristoph. *Av.* 590, Herod. I 193. Cf. etiam fr. Callim. 253 et 46 Schn. Ex argumento Iambi, quod integrum conservatum est, comperimus causam, unde proverbium 'ἁρπαγὰ τὰ Κοννάρου', quod tamen recte 'ἁρπαγὰ τὰ Κοννίδα' dici debet, ductum sit: Connidas inquilinus quidam Selinuntis, qui e lenocinio magnas divitias sibi paraverat, aliquando pollicitus est se omnia sua bona inter Venerem deam atque amicos distributurum. Postquam e vita excessit, testamentum repertum est, cui inscribebatur: „rapina Connidae". Quare populus cum e theatro egrederetur, bona Connidae diripuit.

[80] Cf. etiam E. Lobel, Hermes 70 1935, p. 32 s.; R. Pfeiffer, Hermes LXIII 1928, p. 302; Rostagni, Rivista di Filologia class., N. S. VI 1928, p. 1 s.

Vocabulum ψήν haud dubie cognomine infami hoc loco adhibetur. Quo modo ipsa narratio epigrammatis sepulcralis forma comprehensa sit, iam non liquet.

12. *Dieg.* col. IX 25 s.

Post lemma: Ἄρτεμι, Κρηταῖον Ἀμνισοῦ πέδον allatum ita argumentum legi: Τοῦ|το γέγραπται εἰς ἕβδομα θυγατρίου | γεννηθέντος Λέοντι γνωρίμωι τοῦ | ποιητοῦ, ἐν ᾧ φησιν διενεγκεῖν | τῶνδε μνηθέντων τῆι Ἡ[[ι]]βῃ ὑπὸ‖ τῶν ἄλλων θεῶν τὸν αἰσθέντα ὑπὸ | τοῦ Ἀπόλλωνος ὑμνοῦν.

31 ὕμνον: editt; ὑμνοῦν Pap. legi: litterae ον in ligatura scriptae; itaque modus infinitivus, id quod exspectatur hoc loco, in argumento Iambi exstat.

Ad argumenta carminum quae μέλη dicuntur haec praeterea enotanda esse censeo: In argumento 2 carminis legerunt editores[31] παροίμιον, quod pro παροί⟨ν⟩ιον scriptum esse putant, sed in papyro re ipsa παρόρμιον exstare videtur, vox scilicet nova a verbo παρορμᾶν derivata, cf. παρόρμημα, παρόρμησις. Lectio nova quam optime quadrat ad ea quae porro sequuntur, ubi παρακαλεῖ et προτροπή scripta occurrunt. In argumento vero carminis 4[32] de Brancho pastore coniectura, quam proposuit Hiller de Gaertringen eumque secutus est Vogliano, ἱερὰ ⟨α⟩ὐλή minus placet et lectio genuina ἱερὰ ὕλη, id quod statim perspexerunt editores principes, retinenda esse videtur.

Denique in parte extrema argumenti, quod ad hymnum in Apollinem pertinet, nonnullae lectiones ab editoribus propositae corrigendae sunt.

Epitomator, postquam virtutes dei percensuit, ita pergit: *Dieg.* col. XI 37 ss:

καὶ ἰδ⟨ιο⟩ς ὅτι Κυρήνης τὴν κτίσιν | Βάττῳ τῶι Θηραίωι διεσήμηνε.
κόρακα παρασχόμενος ἡγεμόνα. ὡς πρῶ‖τον μὲν ἐν Σπάρτηι ἐτέλει.
μὴ τὸ | δεύτερον, δεύτερον δὲ ἐν Θήραι[[ς]], τρί|(col. XII 1)τον δὲ ἐν Κυρήνηι, μετὰ τὰς ἀποικία|ς τ|ὲ τὸν λέοντα τὸν [σὺ]μ. Βάττωι καταγ⟨ό⟩|μενον.

37. ἴδ⟨ιο⟩ς scripsi; εἰδως Pap.; εἰδώς(?) editt. 39. ⟨φησι⟩ ὡς editt. 40. ἐτέλει Pap. scripsi: ἐτε⟨τ⟩είμητο editt. 41. δεύτερον [[δευτερον]] δὲ ἐν Θήραι[[ς]] editt. col. XII 1 supplevi 2. σύμ dubitanter iam Vogl. 2/3 καταγ⟨ό⟩μενον legi; κατααγεμενον Pap.: κατα . . . μενον editt.

[31] *Dieg.* col. X 6.
[32] *Dieg.* col. X 17.

III.

De *Aetiorum* epilogo.

De hoc epilogo in Pap. Oxyrh. VII 1011 fol. 2v, 81 s. (tab. III) = fragm. 9 Pf. 81 asservato his ultimis annis plerique viri docti disputaverunt, praesertim cum et elegia Telchinia (Pap. Oxyrh. XVII 2079) et poematum Callimachi Διηγήσεις ad *Aetiorum* chronologiae quaestionem non nihil contulissent[33]. Ex eo vero, quod adhuc ad eam quaestionem dissolvendam propositum est, coniectura Rudolphi Pfeiffer, quam ceteri quoque secuti sunt, vel maxime probanda esse videtur. Proinde sequitur, ut *Aetiorum* libri etsi ipso flore aetatis a Callimacho compositi essent, extremam tamen manum poeta iam senex eis imposuerit[34]. E versu insuper 89 Epilogi, de quo infra plura dabo, satis elucet Callimachum iam tum, cum haec verba scriberet, de *Iamborum* libro suo cogitasse.

Ac iam quattuor annis antequam Διηγήσεις Callimacheae publici iuris factae essent, G. Coppola[35] verba Epilogi μαῖα δ' ἀνάσσης ἡμετέρης ad Cyrenam Berenices reginae patriam ingeniosissime rettulit. Quam coniecturam Διηγήσεις Callimacheae, ubi *Coma Berenices* utpote ultimum αἴτιον libri IV affertur, quam optime confirmaverunt. Atque insuper P. Maas nonnullas coniecturas ad Epilogum contulit[36]. G. Coppola vero nova collatione papyri ab Edgaro Lobel Oxonii confecta nisus hanc Epilogi recensionem in dissertatione supra laudata proposuit:

[* * *] * * ιν ὅτ' ἐμὴ Μοῦσα τ[* * * * *]άσεται
[* * *] του καὶ χαρίτων [* * * * * *]ρια, μαῖα δ' ἀνάσσης
[ἡμε]τέρης, οὔ σε φεῦδον [* * * στό]ματι
πάντ' ἀγαθὴν καὶ πάντα τ[ελ]εσφόρον εἰπέ μ[οι ὥσπερ
κείνῳ τῷ Μοῦσαι πολλὰ νέμοντι βοτά
σὺν μ[ύθους ἐβάλοντο παρ' ἴχν[ι]ον ὀξέος ἵππου.
χαῖρε, σὺν εὐεστοῖ δ' ἔρχεο λωϊτέρῃ·

[33] Cf. B. Lavagnini, Studi Italiani di Fil. Class. N. S. XII 1935, III s. et dissertationes ab eo congestas.

[34] Hermes LXIII 1928, p. 339 et Herter, RE suppl. V col. 410.

[35] Rivista di Filologia Class. N. S. VIII 1930. 273 s.

[36] Apud A. Vogliano, Papiri della R. Università di Milano, vol. I. Mediolani 1937 p. 171.

χαῖρε, Ζεῦ, μέγα καὶ σύ, σάω δ' [ἐμὸ]ν οἶκον ἀνάκτων·
αὐτὰρ ἐγὼ Μουσέων πεζὸς [ἔ]πειμι νομόν.

82. Ad lacunam supplendam prōposuit Coppola[37] [κομμώτ]ρια vel [κοσμήτ]ρια, in libro autem q. i. *Callimaco e Cirene*, Bononiae 1935, p. 175 n. 2 — [κηδεύτ]ρια.

85. In libro supra citato accipitur ab eo coniectura Pauli Maas: πελλά (= μέλανα) pro πολλά quod in papyro exstat.

89. Hunt, editor princeps scripsit πὲξος; Lobel a Coppola rogatus adnotat: πὲξος *is possible, but I think* πὲξον *is more like the ink*, etsi de Wilamowitz, *Sappho u. Simonides* p. 299 n. 1 valde in dubio est, cum scribit *von der auf Unkenntnis der Schrift beruhenden Anzweiflung von* πεξός (?), cf. B. Lavagnini l. c., p. 112. — τραφῶὸς Μοῦσα λ[ηκυθί-ζουσα fr. 10.13 Pf. = 98 c Schn.; Μοῦσα ἐργάτις 29 Pf. = 77 Schn.

P. Maas l. c. vv 82—87 Epilogi suis coniecturis auctos ita scripsit:

]ρια, μαῖα δ' ἀνάσσης
ἡμε]τέρης, οὔ σε ψευδομ[ένῳ στό]ματι
πάντ' ἀγαθὴν καὶ πάντα τελεσφόρον εἶπεν [ἀοιδός(?)
κεῖνος, τῷ Μοῦσαι πελλὰ νέμοντι βοτὰ
σὺν μύθους ἐβάλοντο παρ' ἴχνιον ὀξέος ἵππου,
χαῖρε, σὺν εὐεστοῖ δ' ἔρχεο λωϊτέρῃ.

E. Cahen in editione sua Callimachea[38] nihil novi praebet, R. Pfeiffer contra praeter apparatum diligentissime confectum praebet coniecturas ad v. 84 εἶπε' [ἀταρπόν] et v. 88 [ἐμὸ]ν οἶκον.

Sed cum *Aetiorum* epilogum ad carmina Callimachi interpretanda omnino haud parvi momenti esse inter omnes constet, novam huius carminis interpretationem novis lectionibus novisque coniecturis auctam hoc loco publici iuris facere statui.

Ac vv 85—86 Epilogi contulit statim A. S. Hunt cum loco Hesiodi *Theog.* 22—23:

αἵ νύ ποθ' Ἡσίοδον καλὴν ἐδίδαξαν ἀοιδήν,
ἄρνας ποιμαίνονθ' Ἑλικῶνος ὕπο ζαθέοιο[39].

Hesiodus vero, quem minime raro secuti sunt et Callimachus ipse et ceteri poetae aetatis Alexandrinae, canebat, secundum

[37] Cf. praeterea H. Herter, Burs. Jahresber. 255, 1937, 142 s.

[38] *Callimaque*. Collection des Universités de France, Parisiis 1922.

[39] Cf. Ovid. *Fast.* VI 13—14 et Fronto, *Ep. ad Marc.* 1 4 *Hesiodum pastorem... dormientem poetam ais factum, at enim ego memini olim apud magistrum me legere:* παιμένι μῆλα νέμοντι παρ' ἴχνιον ὀξέος ἵππου | Ἡσιόδῳ Μουσέων ἑσμὸς ὅτ' ἠντίασεν.

schol. Pind. *Pyth.* IX 6 a Drach., Cyrenen nympham in suis *Eois* fragm. 128 Rzach:

> Ἡ οἵη Φθίῃ Χαρίτων ἄπο κάλλος ἔχουσα
> Πηνειοῦ παρ' ὕδωρ καλὴ ναίεσκε Κυρήνη.

Poema Hesiodi quamquam servatum non est, nonnulla tamen ex ipso Pindaro, qui eum secutus est, elici posse mihi videntur. Qui, postquam fabulam de Cyrene nympha pulcherrimam ex parte enarravit, ea quae a Centauro dicta sunt his verbis affert vv 53 ss: ἔνθα νιν ἀρχήπολιν θήσεις, ἐπὶ λαὸν ἀγεί-
55 ραις || νασιώταν ὄχθον ἐς ἀμφίπεδον· νῦν δ' εὐρυλείμων πότνιά τοι Λιβύα | δέξεται εὐκλέα νύμφαν | δώμασιν ἐν χρυσέοις πρόφρων· ἵνα οἱ χθονὸς αἶσαν | αὐτίκα συντελέθειν ἔννομον δωρήσεται, | οὔτε παγκάρπων φυτῶν νάποινον οὔτ' ἀγνῶτα θηρῶν, unde fortasse ἀρχέπολις epitheton saltem poeta Alexandrinus mutuatus est. At enim in Epilogo ad Cyrenen a Callimacho allusum esse G. Coppola iam inde nobis persuasit. Itaque in versu, qui v. 81 Epilogi praecedebat, ἀρχέπολιν Κυρήνην quoquo modo a poeta invocatam esse censeo.

Post lacunam initialem in v. 81 vestigia parva litterarum, quae in charta perspiciuntur, legit Hunt:]αριν, Lobel vero:]. . ιν. Sed mihi etiam]ιγν legi posse videtur, et hac nova lectione nisus lacunam supplevi: εὐκλε]ίγν; in fine vero πλ]άσεται scripsi, cf. πλάσσειν τὰς ψυχὰς τοῖς μύθοις Plat. *Rep.* 377c, πλάσσειν λόγους Plat. *Ap.* 17c et praeterea Hes. *Erga* 70, Theocr. XXIV 109, Callim. fragm. 86 et 133 Schn.

V. 81 a me restitutus est:

> εὐκλε]ίγν ὅτ' ἐμὴ Μοῦσα τ[εοῦ πλ]άσεται.

Macula atramenti quae perspicitur in charta, id quod adhuc neglectum fuit, post lacunam in v. 82 ad ipsam litteram pertinere videtur, itaque non]που, sicut Hunt, neque]του, ut Lobel, sed ut]βου legatur, mihi persuasi, unde iam habes: [ὅλ]βου καὶ χαρίτων, cf. Hom. *Il.* XVI 596, XXIV 536, Callim. *Hymn.* I 96; in lacuna vero media restitui: εὑρέτρια, quae vox nisi apud Diod. V 67 non exstare videtur.

V. 82 ita restitui:

> ὅλ]βου καὶ χαρίτων [εὑρέτ]ρια, μαῖα δ' ἀνάσσης.

In v. 83 id quod adhuc φεῦδον[legebatur, certe in charta

ψευδολο[scriptum exstat, unde supplevi: ψευδολό[γῳ, Aristoph. *Ran.* 1521, *A. P.* IX 80, et versum integrum propono:

[ἡμε]τέρης, οὔ σε ψευδολό[γῳ στό]ματι.

In fine v. 84 εἶπον οκ[in charta scriptum exstare censeo, unde εἶπον ὁκ[ώσπερ supplevi; atque ea sola lectio hic exspectatur, nam e versu nunc demum a me restituto verbum εἰπεῖν cum Μοῦσαι vocabulo coniungi debere luculenter apparet.

Vv insequentes 85—87 iam pridem recte legebantur et nihil habeo quod addam.

Lacuna vero, quae est in v. 88, ad tres litteras supplendas non sufficit, et praeterea pronomen possessivum personae secundae potius quam primae exspectatur, praesertim cum Iovem poeta hic invocet; quam ob rem [ἐὸ]ν pro eo quod adhuc [ἐμὸ]ν legebatur scripsi.

In v. 89 denique non πεζὸς, sed πεζὸν una cum Rudolpho Herzog et Edgaro Lobel in papyro scriptum esse pro certo fere habeo. Ad eam locutionem Callimachi Μουσέων πεζὸς νομός conferas velim Hom. *Il.* XX 249 ἐπέων πολὺς νομός praesertim illam *Musam pedestrem* Horatii (*Serm.* II 6,7, cf. etiam *AP* 95 *et tragicus plerumque dolet sermone pedestri*, cf. Lavagnini l. c. p. 114 n. 6).

His igitur novis lectionibus respectis hanc fere Epilogi recensionem meam proponendam curavi:

[— — — — — — Ἀρχέπολις Κυρήνη — — — —]
[εὐκλε]ίην ὅτ' ἐμὴ Μοῦσα τ[εοῦ πλ]άσεται
[ὅλ]βου καὶ χαρίτων [εὑρέτ]ρια, μαῖα δ' ἀνάσσης
[ἡμε]τέρης, οὔ σε ψευδολό[γῳ στό]ματι
πάντ' ἀγαθὴν καὶ πάντα τ[ελ]εσφόρον εἶπον ὁκ[ώσπερ
κείνῳ τῷ Μοῦσαι πολλὰ νέμοντι βοτά
σὺν μύθους ἐβάλοντο παρ' ἴχν[ι]ον ὀξέος ἵππου.
χαῖρε, σὺν εὐεστοῖ δ' ἔρχεο λωϊτέρῃ·
χαῖρε, Ζεῦ, μέγα καὶ σύ, σάω δ' [ἐὸ]ν οἶκον ἀνάκτων·
αὐτὰρ ἐγὼ Μουσέων πεζὸν [ἔ]πειμι νομόν.

81—82. legi ac supplevi. 82—83. μαῖα δ' ἀνάσσης Coppola: ψευδολό[γῳ legi ac supplevi; ψευδομ[ένῳ Maas 84. τ[ελ]εσφόρον Hunt: εἶπον ὁκ[ώσπερ legi et suppl.; εἶπέ μ[οι ὥσπερ Coppola; εἶπεν [ἀοιδός (?) κεῖνος Mass 88. [ἐὸ]ν scripsi; [ὅλο]ν Hunt, Cahen; [ἐμὸ]ν Ellis, Wilamowitz, Pfeiffer, cett. 89. πεζὸν scripsi; cf. Herzog, Lobel; πεζός Hunt, cett.

Itaque in hoc *Aetiorum* epilogo nunc demum a me restituto

vv (80), 81—87 complectuntur invocationem Cyrenes, quae cum a Callimacho Hesiodum atque Pindarum poetas respiciente celebratur, tum quoque eius laudes ipsis Musis a poeta insinuantur.

In v. 88 autem poeta iam decedens Iovem, quem in elegia prima *Aetiorum* libri IV-ti (*Dieg.* col. II 10) his fere verbis salutavit: [Μοῦ]σαί μοι βασιλῆ[α θεῶν ⏑⏑–⏑ ἀεί]δειν. valere iubet; ad coniecturam meam conferas velim Callim. *Hymn.* 1 79: ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες, ἐπεὶ Διός· οὐδὲν ἀνάκτων | θειότερον, quo loco profitetur poeta reges ab ipso Iove procreatos ac sub ipsius tutela esse [40].

Denique de v. 89 multae ac diversissimae sane sententiae prolatae sunt [41]: fuerunt qui crederent Callimachum se ad Πίνακας componendas conferre profiteri, sed postquam Epilogum a poeta iam sene scriptum esse demonstratum est, haec coniectura tollitur.

Itaque, praesertim cum nova lectione nisus Μουσέων πεζὸν νομόν idem esse ac *Musam pedestrem* apud Horatium supra iam demonstraverim, Callimachus, id quod saepius prolatum est, eis verbis sui *Iamborum* libri mentionem facit. Nam poeta aetate iam provectior ad corpus poematum suorum conficiendum procedens *Aetiorum* libros denuo ordinasse vel etiam auxisse, tum prologo atque epilogo instruxisse videtur. Et non solum in Διηγήσεων volumine, sed etiam in Pap. Oxyrh. VII 1011 = fragm. 9 Pf. *Aetiorum* libros *Iambi* consequuntur. Quae cum ita sint, etiam de ultimo Epilogi versu quaestionem iam diiudicatam atque absolutam esse censeo.

Scribebam Leopoli a. MCMXLI.

---

[40] Cf. etiam Hor. *Carm.* III 1, 5—6.

[41] Cf. Lavagnini l. c. p. 113 s.

DE SYCOPHANTAE IN ARISTOPHANIS *AVIBUS* CANTICO

Scripsit
STEPHANUS SREBRNY

I.

Ὄρνιθές τινες[1] οἷδ' οὐδὲν ἔχοντες πτεροποίκιλοι, ταυσίπτερε ποικίλα χελιδοῖ.

Haec canens in Aristophanis *Avibus* (v. 1410 ss) in scaenam prodit Sycophanta, unus eorum qui alas accipere aviumque civitati adscribi volunt.

Dubitari non potest, quin duo sint carmina diversa quae hoc loco Aristophanes παρῳδεῖ. Id cum ex eo sequitur, quod v. 1410 cum insequenti quoad sententiam non cohaeret, tum etiam metricis rationibus comprobatur: nam versus prior Asclepiadeus maior est, posterior – hendecasyllabus Phalaeceus a pyrrichio incipiens (quo, ut iam nunc moneam, adducimur, ut de Lesbiorum inprimis poesi cogitemus, ubi basin quae dicitur in universum liberiorem esse constat, quam in reliqua Graecorum poesi in eis metris quae a Lesbiis mutuata est).

In scholiis versibus illis adscriptis haec leguntur: συκοφάντης τις πενόμενος καὶ εἰς τὴν ἑαυτοῦ πενίαν ᾄδων· ἐπεὶ μηδὲν ἔχων ἦλθεν.[2] Videtur ergo explicationis huius auctori Sycophanta verbis οὐδὲν ἔχοντες ad suam ipsius paupertatem alludere[3]. Qui pauperem esse Sycophantam ex reliqua scaenae parte sine dubio colligit, unde vilissimo eum pallio amictum esse patet.

---

[1] Diiudicari nequit, utrum τινες indefinitum an interrogativum τίνες scribendum sit. Utrumque praebent codices.

[2] Sic Γ, μηδὲν εἶχεν alii, U (et Ald.) in personarum indice: Πένης συκοφάντης.

[3] Ea tamen quae sequuntur etiam eorundem verborum continent explicationem: ἐκ δὲ πρώτων λόγων συκοφαντεῖ τοὺς ὄρνιθας ὡς ἐναντίως ἐχόντων τὸ σχῆμα τῆς φύσεως τῶν ὀρνέων. εἴη δ' ἂν εἰς τὸ σχῆμα τοῦ πρεσβύτου ἀφορῶν. (Omnibus codicibus, praeter U, πρεσβυτέρου legitur; dubitari tamen vix potest, quin πρεσβύτου lectio sit genuina: quem πρεσβύτην Pithetaerum esse clarum est). Hanc ergo secundum explicationem verbis οὐδὲν ἔχοντες aut ad chori vestitum, qui veris avium pennis non admodum similis est, iocose alluditur (pariter ac prius v. 95—106 in ridiculum detorquebatur Upupae vestitus), aut Pithetaerus alatus indicatur (cf. v. 649—955 et 801—808).

Versuum quos Sycophanta cantat priorem Alcaei parodiam esse eadem scholia docent: τινὲς δὲ[4] παρὰ τὸ Ἀλκαίου· ὄρνιθές τινες οἷδ'[5] ὠκεάνω γᾶς ἀπὸ περράτων[6] ἦλθον πανέλοπες ποικιλόδερροι τανυσίπτεροι (= Alc. fr. 135 D[2])[7]. De posteriore autem non legitur in scholiis nisi hoc: καὶ παρὰ τὸ Σιμωνίδου· ἄγγελε κλυτὰ ἔαρος ἁδυόδμου κυανέα χελιδοῖ (= Simon. fr. 46 D). Nescit ergo scholiasta, unde versus ille petitus sit: nam Simonidis fragmento id tantum cum versu quem cantat Sycophanta commune esse patet, quod utroque loco de hirundine agitur. Metrum versus illius Lesbiacum prae se ferre χαρακτῆρα iam supra monui; forma etiam dialectica ποικίλα carmini Lesbiaco convenit. Et his de causis et propterea quod versui 1410 proximus est, potest, ut opinor, suspicari, versum esse ex alio quodam Alcaei carmine petitum.

Hirundinis invocationem iterat Sycophanta v. 1415:

τανυσίπτερε ποικίλα μάλ' αὖθις.

Tum Pithetaerus:

εἰς θοἰμάτιον τὸ σκόλιον ᾄδειν μοι δοκεῖ.

Fatendum est, non admodum perspicuum esse, quidnam causae sit, cur ita dicat Pithetaerus, etiamsi hoc nobiscum reputemus, spectatores ante oculos habuisse Sycophantae pallium, quod quasi pro commentario eis esse posset. Quae autem in scholiis legitur loci explicatio quin mera sit coniectura, dubitari nequit: τὸ μάλ' αὖθις ποικίλα φησὶ[8] πρὸς τὸ ῥυπαρὸν καὶ ποικίλον τοῦ ἱματίου αὐτοῦ. Non sufficere haec etiam Van Leeuwen ad l. arbitratur: *Versicoloremne Pisetaerus*[9] *dicit Sycophantae vestem propter sordes pannorumque assutorum varietatem? Sic scholiasta; quae non admodum placet explicatio; meliorem ta-*

[4] δὲ in omnibus codicibus deest, praeter ΓΕΜΡ.

[5] ὄρνιθες — οἷδ' omittit R.

[6] Haec et quae sequitur formae Aeolicae correctioni debentur: codices enim περάτων et ποικιλόδειροι praebent.

[7] Etiam in Alcaei versu dubitari potest, utrum τινες an τίνες scribendum sit. Pronomen si interrogativum est, mutatur aliqua ex parte sententia prout post οἷδε interpungimus aut totum versum pro uno enuntiato accipimus. Praeterea quaeritur, utrum genet. ὠκεάνω ex voce γᾶς pendeat, an fortasse cum Heckero γᾶς ⟨τ'⟩ sit supplendum. Sed haec nunc a nobis aliena. — Idem fragmentum, pessime illud quidem corruptum, etiam schol. Aristoph. *Thesm.* 162 citatur (ubi ad parodiam quae est in *Avibus* provocat scholiasta).

[8] τὸ — φησὶ omittit R.

[9] Codicum lectionem Πειτθέταιρος varium in modum (Πειθθέταιρος, Πειτέταιρος, Πιτθέταιρος) interpretantur editores.

men non habeo[10]. Res ipsa postulare videtur, ut suspicemur, scolion, cuius unum versum canit Sycophanta, aliquid continuisse, quo Pithetaeri verba explicari possent, neque dubitasse Aristophanem, quin totum scolion bene notum esset spectatoribus.

Versui 1416 etiam alter continuatur Pithetaeri versus Sycophantam spectans:

δεῖσθαι δ' ἔοικεν οὐκ ὀλίγων χελιδόνων.

Quae verba ita interpretatur scholiasta: ἐπειδὴ συνεχῶς χελιδόνων λέγει, τοιοῦτόν τί φησιν· ἔαρος χρήζει, παλαιὸν γὰρ χιτῶνα ἔχει· μετείληφεν δὲ τὸν νοῦν τῆς παροιμίας· μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ. Nempe avium urbs, utpote in alto aëre sita, frigida est; etiam Poeta in Aristophanis *Avibus* alget (vv 935—955)[11]. Pithetaeri iocum scholiasta recte explicare videtur[12]. Est tamen quod dubitemus, an spectatoribus statim clarum fieri potuerit, quidnam dicere vellet Pithetaerus. Quo iterum adducimur, ut suspicemur, toto scolio, quod quidem omnibus notum esset, rem satis esse illustratam: hirundinem nimirum illam primam fuisse hirundinem ver nuntiantem.

Iam in eis quae sequuntur denuo ad frigus alluditur a quo male protegit vile pallium. Nam postquam alas poposcit Sycophanta, Pithetaerus interrogat v. 1421:

μῶν εὐθὺ Πελλήνης πέτεσθαι διανοεῖ;

Quod recte sine dubio in scholiis explanatur[13]: ἐπεὶ ἐν Πελλήνῃ ἐν τοῖς Ἡραίοις[14] ἆθλον ἐτίθετο χλαῖνα· οἱ δὲ ὅτι Ἐρμαῖα ἄγεται ἐν Πελλήνῃ τῆς Ἀχαΐας καὶ τοῦτο ἔπαθλον τίθεται[15]. Similia etiam Pind. *Ol.* IX 146 ss c. schol., *Nem.* X 81 c. schol. leguntur, praeterea

[10] Idem in adnotatione coniecturam minime probabilem (quae ceterum et ipsi dubia videtur) profert: *Potestne fieri ut vestium aliquae fuerint* χελιδόνες?

[11] Ad vera simul frigora verna, quibus mensis Elaphebolion non caret, comicus alludere videtur (cf. Schroeder ad v. 1410).

[12] Perperam Van Leeuwen ad l. scholiastae interpretationem *prorsus insulsam* esse censet.

[13] Etiam hic errat Van Leeuwen ad l., cum Aristophanem ad Diagoram Melium potius, qui nuper Pellenen fugit (cf. *Av.* 1071—1073 c. schol.) alludere conicit.

[14] Ἡρακλείοις M; in scholiis Pindaricis (vid. infra) etiam Διΐα et Θεοξένια nominantur.

[15] R addit: οἱ δὲ ὅτι χλαῖναι διάφοροι ἐν Πελλήνῃ ἐγίνοντο. Simile additamentum etiam aliis quibusdam codicibus continetur.

Strab. VIII 386, Hesych. et Phot. s. v. Πελληνικαὶ χλαῖναι, Polluc. VII 67. Est autem χλαῖνα pallium spissum, a frigore protegens. Apud Homerum epithetis iungitur ἀνεμοσκεπής (*Il.* XVI 224) et ἀλεξάνεμος (*Od.* XIV 529), ab Aeschylo χειμάμυνα vocatur (fr. 449 N²) [16], ab Aristophane χείμαστρον (fr. 888 K). Loco supra commemorato *Ol.* IX 146 s Pindarus χλαῖναν Pellenicam ψυχρᾶν... εὐδιανὸν φάρμακον αὐρᾶν dicit. Aristophanes *Avium* v. 712 „Oresten" χλαῖναν ὑφαίνειν iubet, ἵνα μὴ ῥιγῶν ἀποδύῃ; versibus autem eiusdem fabulae 1088 ss celebrat Chorus εὔδαιμον φῦλον πτηνῶν | οἰωνῶν, οἳ χειμῶνος μὲν | χλαίνας οὐκ ἀμπισχνοῦνται.

Denique de una etiam re, quae nobis postea usu erit, monere velim. In eis enim quae sequuntur Sycophanta, a Pithetaero interrogatus, num alis instructus magis scite reos in ius vocaturus sit (v. 1426 ὑπαὶ [17] πτερύγων τι προσκαλεῖ σοφώτερον;), ita respondet v. 1427 ss:

μὰ Δί' ἀλλ' ἵν' οἱ λῃσταί γε [18] μὴ λυπῶσί με·
μετὰ τῶν γεράνων τ' ἐκεῖθεν ἀναχωρῶ πάλιν,
ἀνθ' ἕρματος πολλὰς καταπεπωκὼς δίκας.

Itineris cum gruibus faciendi mentio explicatione peculiari non indiget, itaque ex Aristophanis verbis colligi certe non possit, hoc etiam e scolio quod Sycophanta canit originem ducere; mox tamen apparebit, ita sine dubio esse.

II.

Papyrus Oxyrhynchia X 1233, Alcaei carmina continens, attulit inter cetera fragmentum hoc (Alc. fr. 75 D²):

νῶ μέν κ' ἔννεκ' ἐ|
κ..σὺν γεράνοισιν ἐ| [19]
ἦλθον χλαῖναν ἔχ.[
τᾶ..ρωγαλίαι πίθει[
τ..υτ' ὦδε δὲ μηπ[
]μηδετ[
]αμέν[

[16] Secundum Pollucem VII 61; Sophocles nominatur *Anecd.* Bachm. I 415, 5 (fr. 1008 N²).

[17] Sic R, V, alii codd. plurimi; ὑπὸ A et folium s. X a B. Keilio (Hermes 1891) editum. *Acharn.* v. 970 (cum schol.) collato, non est quod dubitemus, quin poeticum ὑπαὶ legendum sit.

[18] Recte Schroeder ad l. G. Hermanni correctionem τε pluribus probatam reicit.

[19] Possis etiam, quod tamen minus probabile est, γεράνοισι νε[legere.

Carminis est initium, a carmine praecedenti (fr. 74 D[2]) signo solito divisum. Sed post versum 1 statim novum prodit signum, διπλῆν dico ὠβελισμένην (>—), quod eum ab insequenti dividit. Hunt, Wilamowitz (N. Jahrbb. 1914 p. 240. 243), etiam Diehl *Suppl. Lyr.* (fr. 9) et *Anthol. Lyr.*[1] (fr. 75) significari eo putabant, versum errore huc aliunde translatum esse.

Cuius versus etiam sententia non admodum perspicua est. Recte observavit Wilamowitz, propter particulam κε quae sequitur legi non posse νῶμεν, idemque numerum dualem νῶ induxit. Attamen in Lesbiorum dialecto numerum dualem veri similem non esse constat. Videbatur sane sibi Wilamowitz iam pridem in Lesbiorum poesi numerum dualem invenisse, Sapphus fragmenti Berolinensis 98 D[2] versu 19; sed novae (Lobelii, Maasii, Zunztii) lectiones efficiunt, ut νῶ⟨ι⟩ν quod scribit in carminis contextu etiam minus probabile fiat. Verum in Alcaei fragmento etiamsi Wilamowitzium sequemur, nihilominus tamen obscura manebit versus 1 sententia.

Lobel, Ἀλκαίου μέλη fr. 27 et Diehl, *Anthol. Lyr.*[2] versum 1 a toto carmine alienum esse non censent; Lobel διπλῆν ὠβελισμένην inter v. 1 et 2 *per incuriam* irrepsisse dicit.

Initio v. 2 evidenter κ legitur, tum — lacuna interposita — vestigium cernitur exiguum hastae[20]. Hunt κ[α]ὶ supplebat, quem etiam posteriores editores sequuntur. Id autem probari non potest nisi ea condicione, ut versum 1 suo loco positum esse censeamus: nam si versus ille non eiusdem est carminis, manifestum est, a voce καὶ carmen incipere non posse. Quod etiam metricam secum afferre quaestionem infra videbimus.

Fieri non potest, quin ea quae tribus versibus primis sine dubitatione leguntur in memoriam nobis reducant Sycophantae cum Pithetaero diverbium: σὺν γεράνοισιν... ἦλθον χλαῖναν ἔχ[ων][21]. Dicit poeta se cum gruibus venisse chlaena amictum; quod de primi temporis verni frigoribus dictum esse patet[22]. Etiam Sycophanta (alio certe sensu) de itinere cum gruibus faciendo

---

[20] Cf. papyri imaginem photographicam Ox. Pap. X, tab. 3.

[21] Non est quod dubitemus, quin ἔχ[ων] supplendum, ἦλθον pro prima persona singularis accipiendum sit: nam singularis χλαῖναν docet, neque ἦλθον pro tertia persona pluralis accipi neque ἔχ[οντες] suppleri posse.

[22] Gruum simul et chlaenae mentione adduci nos, ut de frigoribus vernis cogitemus, iam Wilamowitzio visum est l. c. 240, 1.

loquebatur, Pithetaerus autem chlaena eum Pellenica, qua a frigore protegeretur, indigere censebat.

V. 4 novas affert difficultates. Initio TA cernitur, super A accentu posito (habet enim papyrus, non omnibus certe locis, accentus elisionisque signa); sequitur lacuna, tum hastae quasi pars inferior. P denique et Ω et littera quaedam, quae aspectu similis est maxime litterae Γ cum praecedenti ligatae (in papyro hac haud raro litterae ligantur, huiusmodi tamen cum praecedenti litterae Γ ligatura non redit). Possit sane littera de qua agitur etiam pro T accipi, ita tamen scriptum T mihi quidem parum probabile videtur; certe nullo praeterea loco T simile redit, at contra Γ humile huic litterae simillimum, cum littera insequenti ligatum, prodit v. 2, in voce γεράνοισιν. Quae sequuntur sine difficultate legi possunt; itaque quaeritur, utrum ΡΩΓΑΛΙΑΙ an ΡΩΤΑΛΙΑΙ legendum sit. Infra versum linea cernitur in formam arcus incurvata, sub P incipiens, sub ultima vocis littera desinens; cuiusmodi signum in papyris haud raro prodit, adhibetur autem cum librarius vel corrector significare vult, omnes ad unam vocem litteras pertinere.

Lineola directa, quae ante P servata est, iam Huntio litterae Π vestigium esse videbatur; quod una cum eis quae sequuntur lectionem efficiebat πρωταλίαι. Vox tamen πρωταλία ignota est, quidque significare possit, haud facile conicias. Hunt nomen proprium suspicabatur esse; itaque Diehl, *Suppl. Lyr.* fr. 9, Πρωταλίαι scribebat. Nunc et Lobel et Diehl *Anthol. Lyr.*[2] πρωταλίαι scribunt, sed neque hic neque ille explicat, quaenam sit vocis huius vis. Hanc lectionem si probemus, ante Π facile suppleatur τᾱ[ι].

Si ergo versus 4 ita legatur, metrum eius sit: ––∪∪–∪–. Quod Telesilleum esset, si hoc loco desineret versus; id tamen parum probabile videtur, inprimis propter v. 2, ubi una tantum syllaba a littera E incipiens inter γεράνοισιν et ἦλθον supplenda esset: nam idem metrum efficitur versu 2, si initio suppletur κ[α]ὶ. Ceteri tamen versus aliud metrum praebent: –––∪∪[–] habemus vv 1 et 3; v. 5, ubi initio aut τ[έα]ντ' aut τ[έο]ντ' supplendum est, metrum efficitur ∪––∪∪–. Quod Glyconei vel Asclepiadei vel etiam hendecasyllabi Phalaecei principium esse potest. De huiusmodi mixta compositione metrica iam Wilamowitz l. c. cogitabat, qui Asclepiadeos esse coniciebat cum membris

quibusdam ignotis a ––υυ–υ– incipientibus alternis vicibus prodeuntes.

Huic opinioni v. 2 favere videtur. Initio enim spatium tam angustum est, ut ante σὺν duae syllabae vix collocari possint. Ubi quoad sententiam optime quadrat κῆθι, i. e. *huc*, ut iam Diehl coniciebat, *Anthol. Lyr.*[1] Quae forma etsi nullo testimonio confirmata est, tamen recte a Wilamowitzio Sapphus fr. 98 D[2] v. 18 restituitur, ubi papyri lectio κηθυ quominus in κήθοι, quod quidem dialecto videtur convenire, mutetur, metricae rationes adversantur. Attamen pro certo affirmare licet, κῆθι lacuna capi non posse; quod siquis supplere velit, conicere debeat, librarium unam litteram (η vel θ) omisisse.

V. 4, ut iam vidimus, non solum lectio ΡΩΤΑΛΙΑΙ dubia est, sed etiam supplemento [π]ρωταλίαι vox efficitur ignota. Forsitan ergo lectio probabilior ΡΩΓΑΛΙΑΙ eligenda sit, cuius vocis Ρ sit initium? Vocem a Ρ incipere ut statuamus, suadere videtur etiam linea illa in formam arcus incurvata quae infra versum picta est. Qualis linea etsi vocem ipsam accurate non capere solet, sed potius indicare, ea pro una voce accipi debere, quae primo obtutu duae videri possint[23], tamen hoc loco singulare aliquid accidit: nam quod insequitur Π ex Σ correctum est, unde efficitur, librarium primum errore pro dativo singularis dativum pluralis (—αλίαις) posuisse; quae cum ita sint, potuit ille quidem, errore suo cognito, vocis initium et finem expresse indicare velle.

Quaeritur tamen, quid significet vox ῥωγαλία? Notum est adiectivum ῥωγαλέος, quod iam apud Homerum prodit quodque idem dicit ac „scissus". De pallio scisso si agatur, optime eo quidem comprobetur id quod visum est nobis, exemplar inventum esse scolii a Sycophanta Aristophaneo cantati. Lectionem hanc primus proposuit K. F. W. Schmidt, G. g. A. 1916 p. 393; qui vocem ut adiectivum Aeolicum interpretatus est (ῥωγάλιος = ῥωγαλέος, similiter atque ex. gr. χρύσιος=χρυσέος). Attamen statim apparebit, veri similiorem esse aliam interpretationem.

Itaque v. 3 post verba ἦλθον γλαῖναν ἔχων videtur aliquid olim lectum esse, quo pallium ut scissum notaretur. Schmidt sup-

[23] Cf. ex. gr. Pap. Ox. VI 352 Euripidis *Hypsipylen* continentem, ubi p. 34 fr. 1 col. 2 v. 22 linea similis incurvata infra vocem χρυσεόμαλλον picta sub littera Y incipit, desinit sub A, quo sine dubio librarius indicare voluit, μαλλον pro una ac tota voce (μᾶλλον) non esse accipiendum.

plet, vocans ille quidem supplementum suum coniecturam ad tempus propositam, κακῶς ζάδηλον (ex Alc. fr. 46 a D² v. 7). Quod supplementum, etsi revera incertum est, ostendit tamen, quomodo metrum a Schmidtio restituatur: ut hendecasyllabus nimirum Phalaeceus. Hoc idem metrum omnibus versibus redire ei videtur, quam ob rem v. 4 initio supplet τὰ̣[ι τε]. Versus 2 nullam omnino mentionem facit, cum vv 3 et 4 soli sint de quibus agat.

Vidimus supra, ante P vestigium servatum esse, idque a viris doctis pro litterae Π particula accipi; nequaquam tamen fieri potest, ut litterae E particulam id esse censeamus. Hoc potius suspicari possis, lineolam servatam initium olim fuisse lineolae illius infra versum pictae, de qua supra dictum est. Schmidt, qui Γ in ΡΩΓΑΛΙΑΙ legendum esse rationibus palaeographicis demonstrabat, in hac quaestione rem palaeographicam omnino non tangit.

In fine v. 5 etiam ΠΙΘΕΙ[servatum est, ubi quin πίθει[ς supplendum sit dubitari non potest[24]. Quod Schmidt pro (ἐ)πιθείς accipit, recte ille quidem procul dubio. Multo minus probabilis Huntii erat interpretatio: *For πίθει[ς cf. the Homeric forms πιθήσω, πιθήσας.* Ad 'πίθεις obiectum in fine versus ῥύτισμα — quod idem est ac „sartura"[25] — supplet Schmidt (etiam hoc pro coniectura ad tempus proposita). Quod supplementum admodum probabile videtur[26].

Verum si vocis ῥωγαλία interpretationem a Schmidtio propositam, de qua supra dictum est, probaverimus, sententia non satis bona evadet: *Veni pallium habens..., scisso imposita sartura.* Si tamen non de adiectivo ῥωγάλιος, sed de substantivo ῥωγαλία idem dicenti ac „rima, fissura" cogitemus, quod certe testimonio nullo probatum est, sed veri simillimum videtur, sententia evadat multo melior.

Itaque dicat Alcaeus, se in locum aliquem venisse pallio scisso amictum, rimae imposita sartura. De exilii miseriis loqua-

---

[24] Lobel, qui papyrum denuo examinavit, ante marginem abruptum etiam C ponit; sequitur eum Diehl, *Anthol. Lyr.*²

[25] Phot.: ῥυτίσματα· αἱ ἀκέστριαι τῶν διερρυηκότων ἱματίων τὰ ἀναπληρώματα ῥυτίσματα ἐκάλουν· οὕτως Μένανδρος.

[26] Id si probamus, initio versus sequentis τέουτ', non τέαυτ' suppleamus necesse est. Mirari possis, Diehlium, *Anthol. Lyr.*², v. 4 cum Schmidtio ῥύτισμα supplentem, eundem τ[έ]αυτ' scribere.

tur, quippe qui bis exulatum abire coactus sit[27], ubi sine dubio inopia opprimeretur.

Iam quod metrum attinet, vidimus Schmidtium hendesyllabos Phalaeceos restituere, quod idem est metrum atque in Sycophantae cantico. Attamen hoc etiam vidimus, difficultates quasdam exoriri, si metrum illud vv 2 et 4 restituere conemur: nam versu 2, ut iam supra dixi, unam litteram omissam esse coniciendum sit, versu autem 4 negare non possis, lineolae vestigium quod est ante P dubitationem movere.

Versibus quidem 1, 3, 5 nihil impedit, quominus hendecasyllabus Phalaeceus restituatur. Cum vero ceteris locis difficultates nascantur, forsitan probanda sit potius stropha mixta, ubi alternis vicibus prodeant hendecasyllabi Phalaecei et membra quaedam a ––υυ–υ– incipientia. Itaque v. 2 legendum sit κ[α]ὶ σὺν γεράνοισιν —...; versu autem 4 primo obtutu res ipsa postulare videatur, ut legamus τᾶ[ι] ῥωγαλίαι Ἰπίθει[ς ῥύτισμα] statuamusque metrum esse: ––υυ–υ–υ –ū, i. e. hendecasyllabum Phalaeceum acephalum, e Sapph. fr. 88 D² notum[28]. Hic tamen in novam incurrimus difficultatem: nam inter ΤΑ et ΡΩΓΑΛΙΑΙ tam latum est spatium, ut solo I nequaquam expleri possit. Quae cum ita sint, incertissimam esse rem fateamur necesse est[29].

Utut id est, id quod statuimus quin certum sit dubitari nequit: Sycophantam in Aristophanis *Avibus* versum canere ex hoc ipso Alcaei carmine petitum. Nunc primum intellegimus, quid causae sit, cur, cantico eius audito, Pithetaerus εἰς θοἰμάτιον eum scolion canere dicat; comperimus etiam, itineris cum gruibus faciendi mentione ad idem Alcaei carmen alludi. De re metrica etsi dubium est, quid sit statuendum, tamen utique altero

---

[27] Schol. Alc. fr. 37 D²; Strab. I 37 = Alc. fr. 106 B⁴; Aristot. *Polit.* Γ 14 p. 1285 a 35 ss.

[28] Quod certe Hephaestio (11, 2. 3 p. 35 Consbr.) inter ionica a maiore numerat Praxilleumque vocat (cf. etiam Anon. metr. Oxyrh. ap. Consbr. p. 405).

[29] Diehl, *Anthol. Lyr.*², cum Lobelio πρωταλίαι legit; tum autem, a Lobelio, cui pariter atque Huntio πίθεις placet, dissentiens, Ἰπίθεις scribit suppletque ῥύτισμα; unde sequitur, sententiam haud secus ac Schmidtium eum intellegere, hoc tantum discrimine interposito, quod vocem obscuram πρωταλία recipit, quam, ut videtur, ita accipere censendus est, ut partem aliquam pallii significet. — V. 4 initio si non τᾶι τε, sed τᾶι scriptum sit, ῥύτισμα etiam in fine v. 3 suppleri possit, velut ex. gr.: ἦλθον γλαῖναν ἔχ[ων κάκαν, ῥύτισμα] | τᾶ[ι] ῥωγαλίαι Ἰπίθεις.

quoque versu hendecasyllabi Phalaecei restitui possunt: itaque non est quod dubitemus, quin eiusdem Alcaei carminis fragmentum *Avium* sit v. 1411: ταυσίπτερε ποικίλα χελίδοι. Dicebat nimirum poeta, se cum gruibus venisse, frigido etiam anni tempore, pallio usu detrito a frigore male protectum, idemque hirundinem alloquebatur, veris nuntiam.

Scribebam Vilnae, aestate anni MCMXXXIX.

DE AUCTORE SATYRORUM OENEI FILIAM EXPETENTIUM

Scripsit

VICTOR STEFFEN

Quamvis multi viri docti operam navarent, ut dramatis satyrici fragmenta, quibus satyri Oenei filiam expetentes proponuntur, auctori suo tribuerentur et ipsius fabulae nomen coniectura reperiretur, tamen quaestio permansit nondum soluta. Atque omnium primus A. Hunt, qui fragmenta ista in octavo Oxyrhynchiarum papyrorum volumine publici iuris fecerat numeroque 1083 signaverat, examinato sermonis colore aestimatisque chori partibus fabulae satyricae reliquias ad quintum a. Chr. n. saeculum referendas esse statuit. Et cum percontaretur, si cui ex tragicis maioribus tribui possent, sermonem neque Aeschyli neque Euripidis artem redolere, sed Sophoclem non facile excludi posse sibi persuasit. Cui poetae si fragmenta tribuerentur, aut *Phoenicem* in considerationem vocandum esse putavit, quamvis de huius fabulae argumento atque indole nihil certius dici posset propter fragmentorum exiguitatem, aut *Oeneum*, qui tamen Sophocli non satis firmis rationibus adscriberetur. Qui duo tituli ab Huntio ea de causa commendati sunt, quod Phoenicis et Oenei nomina in papyro leguntur, qua illa fragmenta servata sunt.

Huntii sententiam post multos annos redintegravit A. de Blumenthal. Sed hic vir fragmenta non *Oenei* — huius enim tituli fabulam a Sophocle scriptam esse negat, — sed *Phoenicis* esse contendit. Reiectis ceteris poetis, qui ab aliis viris doctis nominati et cum fragmentis connexi sunt, Blumenthal his verbis rem perstringit[1]: *Aischylos und Euripides werden, wie Hunt bemerkt, durch den Stil ausgeschlossen, ausserdem war der Phoinix des Euripides eine Tragödie, deren Inhalt bekannt ist. Die Wahrscheinlichkeitsrechnung führt also auf Sophokles als Verfasser. Dieser hat zwar keinen Οἰνεύς geschrieben — oder er ist wenigstens für uns nicht erkennbar (RE III A col. 1071) — wohl aber einen Phoinix, der ein Satyrspiel gewesen sein kann. Denn fr. 653 N. (Eust. Il. 1038, 35): φοβὰς γυνή, παρὰ*

[1] *Ion von Chios. Die Reste seiner Werke*, Stutgard. — Berol. 1939, p. 63 s.

Σοφοκλεῖ, φασίν, ἐν Φοίνικι ἡ πολλοῖς προσομιλοῦσα τροφῆς χάριν lässt diese Moglichkeit offen, und ihr widersprechen fr. 651. 652 nicht. Et paulo infra: *Sophokles kann also bis zum Beweis des Gegenteils für den Dichter dieser Reste gelten.*

U. de Wilamowitz-Möllendorff primo Ionem fragmentorum auctorem esse suspicatus fabulas Φοίνιξ ἢ Καινεύς et Φοίνιξ δεύτερος inscriptas propter ipsum titulum aptas esse putavit, quibus fragmenta tribuerentur[2]. Sed postea rebus retractatis facere non potuit, quin Sophoclem non prorsus reiciendum esse concederet[3].

Ad quintum a. Chr. n. saeculum eadem fragmenta referenda esse consensit etiam M. Croiset, qui tamen in exquirendo auctore neque Ionis nec Sophoclis mentionem fecit, sed Achaei expiscatus est fabulam satyricam Ἄθλα (sive Ἄθλοι) inscriptam, quam in aspectum lucemque proferret, si omnino de auctore vel de titulo fabulae in tanta indiciorum egestate coniecturam facere opportunum putaret[4].

Cuius viri opinione comprobata Io. Sajdak Achaeum potissimum esse poetam conclamavit, cui anonyma fragmenta praecipue propter sermonis elegantiam vindicarentur, quae et in fragmentis conspicua esset et Achaeo, qui ab Athenaeo γλαφυρὸς ποιητὴς περὶ τὴν σύνθεσιν appellatus esset, quam maxime responderet[5].

De Ione vel de Achaeo cogitavit etiam A. Körte[6]. Qui tamen in hac opinione propaganda non suis stare pedibus, sed Wilamowitzii et Croisetii vestigia premere videtur, qui hos poetas iam pridem nominaverant.

P. Maas Oenei nomen, quod in margine papyri exstat fortasse mutilato, ita explicari posse animadvertit, ut Σχοινεύς scriberetur[7]. Si res ita se haberet, non Dianiram sed Atalanten, Schoenei filiam, a satyris expetitam constaret. Quare Maas fragmenta Aristiae tribuere non dubitavit, qui in Atalanta fabula satyros procos proposuisset. Quam coniecturam impugnavit Guil.

---

[2] Apud Huntium in octavo Oxyrhynchiarum papyrorum volumine.

[3] Neue Jahrbücher für das klass. Altertum XXIX 1912, p. 449.

[4] Journal des Savants, N. S. IX 1911, p. 414.

[5] *Symbola philologorum Posnaniensium*, Posnaniae 1920, p. 72.

[6] Archiv für Papyrusforschung V 1913, p. 571; Neue Jahrbücher für das klass. Altertum XX 1917, p. 290.

[7] Berl. Philol. Wochenschr. XXXI 1911, col. 1217.

Süss, cum in memoriam vocaret, quod antiqui scriptores tradidissent, ab Oeneo saepius hospitaliter susceptos esse Dionysum et Herculem, qui satyris comitati in fabulis satyricis eximias partes egissent[8]. Verum enimvero Maas in opinione sua non perseveravit, sed redintegratis anquisitisque rebus, similiter ac Wilamowitz, Sophocli lepida fragmenta abiudicare ausus non est[9].

Quae cum ita sint, restat, ut ea argumenta, quibus viri docti fragmenta anonyma Sophocli tribuere conati sunt, perlustremus eisque, quoad fieri potest, nova adiciamus.

Ac primum A. Hunt anaphoram verbi ἔστι in fragmenti satyrici versibus 8–16 conspicuam:

πᾶσα δ' ἥρμοσται τέχνη
πρέπουσ' ἐν ἡμῖν· ἔστι μὲν τὰ πρὸς μάχην
δορός, πάλης ἀγῶνες, ἱππικῆς, δρόμου,
πυγμῆς, ὀδόντων, ὄρχεων ἀποστροφαί,
ἔνεισι δ' ᾠδαὶ μουσικῆς, ἔνεστι δὲ
μαντεῖα πάντα γνωτὰ κοὐκ ἐψευσμένα,
ἰαμάτων τ' ἔλεγχος, ἔστιν οὐρανοῦ
μέτρησις, ἔστ' ὄρχησις, ἔστι τῶν κάτω
λάλησις...

in Sophoclis fr. 855, 3–5 occurrere commonuit[10]:

ἔστιν μὲν Ἅιδης, ἔστι δ' ἄφθιτος βία,
ἔστιν δὲ λύσσα μανιάς, ἔστι δ' ἵμερος
ἄκρατος, ἔστ' οἰμωγμός.

P. Maas etiam vicissitudinem quandam verbi εἶναι et ἐνεῖναι, quae in fragmento satyrico reprehenderetur, a Sophocle in fr. 366 adhibitam esse addidit[11]:

ἦν μὲν γὰρ οἷος μαλλός, ἦν δ' ⟨ἄρ'⟩ ἀμπέλου
σπονδή τε καὶ ῥὰξ εὖ τεθησαυρισμένη·
ἐνῆν δὲ παγκάρπεια συμμιγὴς ὁλαῖς
λίπος τ' ἐλαίας καὶ τὸ ποικιλώτατον
ξουθῆς μελίσσης κηρόπλαστον ὄργανον.

Idem animadvertit 1) verba ἀλλ' ἐξεροῦμεν in v. 3 ineunte posita cum eis comparari posse, quae occurrerent in Soph. *Ai.*

---

[8] *De Graecorum fabulis satyricis*, Dorpati 1924, p. 6 s.
[9] Berl. Philol. Wochenschr. XXXII 1912, col. 1429.
[10] The Oxyrhynchus Papyri, Part VIII p. 61.
[11] Berl. Philol. Wochenschr. XXXII 1912, col. 1429.

v. 378 ἀλλ' ἐξερῶ et in Soph. *Oedip. Col.* v. 1284 ἀλλ' ἐξερῶ σοι πᾶν; 2) vocem ὅμαυλος in v. 8 occurrentem a nullo praeterea scriptore adhibitam esse, nisi a Sophocle. Apud hunc quidem ter recurrit: in *Oedip. Reg.* v. 186, in fr. 872, in fr., quod servatum est in lexico Messanensi *de iota ascripto*[12]; 3) caesuram in fr. 2, 2 adhibitam υ–]ασω χθονὸς σεληνα[ῖον πέδον Sophocleam esse.

Quibus observationibus adiciendum est ab Heronda, mimiamborum scriptore, solius Sophoclis fabulas satyricas respectas esse, cum ceteri satyrographi omnino neglecti esse videantur. Quemadmodum Herondas Sophoclis vestigia presserit, cum a nullo adhuc tractatum esse videam, paucis verbis hic illustrandum esse censeo.

In *Ichneut.* v. 121 s. satyri abreptas Apollini boves minus apte indagantes, sed ad terram proclinati vocem quandam e terra provenientem excipere cupientes, ab ipsorum patre cum erinaceo in caverna iacente aut cum simia incurvata comparantur:

[ἐ]χῖνος ὥς τ[ι]ς ἐν λόχμῃ κεῖσαι πεσών
[ἦ] τις πίθη[κο]ς κύβδ' ἀποθυμαίνεις τινί.

Similiter in Herondae mimiambo tertio v. 41 puer, qui nihil utile facit, sed per dies totos circa speluncas cauponum vagatur aut in tecto pedibus dependentibus sedens iners omne fere tempus peragit, simiae incurvatae componitur:

κάθηθ' ὅκως τις καλλίης κάτω κύπτων.

V. 139 ss satyri propter ignaviam inertiamque vehementissime castigantur et

[σ]ώ[μ]ατ' εἰ[σ]ιδ[ε]ῖν μόνον
κα[ὶ γ]λῶσσα κα[ὶ] φ[αλ]ῆτες

appellantur. Similem in modum apud Herondam in mimiambo sexto v. 15 s. Corittus ancillae increpantur, quae, cum vicina quaedam advenisset, ut cum domina earum de quadam re occultissima colloqueretur, non satis celeriter collocuturas reliquerint:

ἐκποδὼν ἦμιν
φθείρεσθε, νώβυστρα, ὦτ[α] μοῦνον καὶ γλάσσαι,
τὰ δ' ἄλλ' ἑορτή.

[12] Cf. R. Reitzenstein, *Inedita poetarum Graecorum fragmenta* (Index lectionum in Acad. Rostochiensi 1890/91) p. 5.

In secundo mimiambo extat v. 83:

καὐτὸς τὰ σ' αὐτοῦ θλῇ λαβὼν ὅκως χρήζεις,

qui redolere videtur Sophoclis *Ichneut.* v. 200 s.:

ἀλλ' αὐτὸς σὺ ταῦθ' [ὅπως χρήζεις
ζήτει τε κἀξίχνευε καὶ πλού[τει λαβών.

E Sophoclis *Dionysisco* servatum est in lexico Messanensi *de iota ascripto* lepidissimum fragmentum, quo Silenus parvum Bacchum manibus gestans gremioque fovens proponitur[13]:

ὅταν γὰρ αὐτῷ προσφέρω βρῶσιν διδούς,
τὴν ῥῖνα μ' εὐθὺς ψηλαφᾷ κἄνω φέρει
τὴν χεῖρα πρὸς ⟨τὸ⟩ φαλακρὸν ἡδὺ διαγελῶν.

Ut parvulus Bacchus Sileni cibum afferentis 'mutilum caput manu applaudit' aliaque signa amoris grataeque voluntatis ostendit, ita apud Herondam Coritto mulier, cuius mentionem iam supra fecimus, simillimis, ac apud Sophoclem, explicat verbis, quibus artibus usa sit, ut a Cerdone sutore instrumentum adipisceretur, quo abdominis voluptatibus satisfaceret. Dicit enim haec (VI, 75 ss):

κοίην δ' οὐ προσήγαγ[ο]ν πειθοῦν
αὐτῷ; φιλεῦσα, τὸ φαλακρὸν κ[ατ]αψῶσα,
γλυκὺν πιεῖν ἐγχεῦσα, ταταλίζ[ο]υσα,
τὸ σῶμα μοῦνον οὐχὶ δοῦσα χρήσασθαι.

Locis, quos supra ex utroque poeta attulimus, Herondas non solum sententias comparationesque a Sophocle mutuatus esse, sed etiam dictiones quasdam a satyrographo deprompsisse et suis versibus adaptasse manifestus fit.

His exemplis subiungenda est illa pars fragmenti satyrici papyracei, qua satyri Oenei filiam expetentes omnes artes et scientias, quibus excellant, in medium proferunt unoque tenore enumerant:

πᾶσα δ' ἥρμοσται τέχνη
πρέπουσ' ἐν ἡμῖν· ἔστι μὲν τὰ πρὸς μάχην
δορός, πάλης ἀγῶνες, ἱππικῆς, δρόμου,
πυγμῆς, ὀδόντων, ὄρχεων ἀποστροφαί,
ἔνεισι δ' ᾠδαὶ μουσικῆς, ἔνεστι δὲ
μαντεῖα πάντα, γνωτὰ κοὐκ ἐψευσμένα,
ἰαμάτων τ' ἔλεγχος, ἔστιν οὐρανοῦ

[13] Cf. H. Rabe, Rhein. Mus. XLVII 1892, p. 411.

μέτρησις, ἔστ' ὄρχησις, ἔστι τῶν κάτω
λάλησις· ἆρ' ἄκαρπος ἡ θεωρία;
ὧν σοι λαβεῖν ἔξεστι τοὐθ' ὁποῖον ἂν
χρήζῃς.

Simillime poeta Cous in mimiambo primo v. 26 ss omnes res, quibus Alexandria inter ceteras orbis terrarum urbes excellat, uno tenore enumerat:

κεῖ δ' ἐστὶν οἶκος τῆς θεοῦ· τὰ γὰρ πάντα,
ὅσσ' ἔστι κου καὶ γίνετ', ἔστ' ἐν Αἰγύπτῳ·
πλοῦτος, παλαίστρη, δύναμις, εὐδό[η, δ]όξα,
θέαι, φιλόσοφοι, χρυσίον, νεηνίσκοι,
θεῶν ἀδελφῶν τέμενος, ὁ βασιλεὺς χρηστός,
μουσήιον, οἶνος, ἀγαθὰ πάνθ' ὅσ' ἂν χρήζῃς.

His locis non solum condicionum proprietatumque similis enumeratio sub oculos cadit, sed etiam sententiae utramque enumerationem claudentes mira quadam similitudine proxime ad se accedunt. In fr. satyrico legimus enim ὧν σοι λαβεῖν ἔξεστι τοὐθ' ὁποῖον ἂν χρήζῃς, apud Herondam ἀγαθὰ πάνθ' ὅσ' ἂν χρήζῃς.

Si Herondas, ut supra diximus pluribusque exemplis monstravimus, nullius poetae satyrici nisi Sophoclis fabulas ad conformandos mimiambos adhibuisse et si fragmentum, de quo agimus, Herondae primum mimiambum scribenti ante oculos obversatum esse videtur, Sophoclem anonymi fragmenti auctorem esse facile colligas.

Accedit etiam, quod papyrus, qua anonyma fragmenta satyrica servata sunt, secundo p. Chr. n. saeculo exarata est, quod ex scripturae genere conici potest. Eo autem tempore tragicorum minorum fabulae, velut Ionis, Achaei, Aristiae aliorumque, quos nonnulli viri docti in auctore recognoscendo nominaverunt, iam in usu non erant, propterea quod inde a saeculo a. Chr. n. secundo editiones horum poetarum in usum scholarum non curabantur[14]. Itaque mirum esse non videtur, quod minorum tragicorum nulla fragmenta ex Aegypti harenis in lucem prolata sunt, cum ex Aeschyli, Sophoclis, Euripidis fabulis multa et satis magna fragmenta papyracea proximis praecipue decenniis recuperarentur. Qua ex re concludi potest etiam fragmenta satyrica, de quibus agimus, non minoribus tragicis, sed uni ex

[14] Cf. A. de Blumenthal, *Ion von Chios*, Stutgard.-Berol. 1939, p. 4. 63.

triade tragica vindicanda esse. Et cum neque Aeschylo neque Euripidi propter sermonis colorem omnibus viris doctis consentientibus tribui queant, Sophocli adscribantur necesse est.

Quae cum ita sint, restat ut consideremus, cui ex eis Sophoclis fabulis, quarum tituli saeculorum ordinem tulerunt, fragmenta ista tribuenda sint. Fabulam autem talem exquirere debemus, quae et satyros Oenei filiam exposcentes non respuat et Phoenicem, cuius nomen ter in reliquiis papyraceis recurrit, in personarum numero habeat.

Ac primum vix dubitari potest quin in Ἀχιλλέως ἐρασταῖς et in Ἑλένης γάμῳ fabulis Sophocleis satyri mulieres sibi poposcerint. Suspicari etiam possis satyros in Κρίσει quoque procorum vice functos esse. Neque negare auderemus satyros etiam in aliis Sophoclis fabulis, quarum actionem argumentumque ignoramus, amore mulierum captos occurrere potuisse. Quod autem ad Oenei et Phoenicis nomina pertinet, non solum fabularum titulos ex his nominibus constantes respicere, sed etiam anquirere debemus, an in aliis quoque fabulis haec nomina fuerint, praesertim cum iam supra commemoravissemus *Oeneum* non satis firmis rationibus esse munitum. Nam praeter titulum ipsum mera et incerta coniectura effectum[15] ne minimam quidem apud auctores antiquos huius fabulae mentionem habemus. Itaque eis, qui hunc titulum in medium proferunt, applaudere non possumus. Phoenix autem in illa fabula partes egit, quae ipsius nomine ornata erat. Attamen Blumenthal, qui huic fabulae fragmenta satyrica tribuit, nullum gravius argumentum afferre potest, nisi quod tria minima fragmenta, ex singulis fere verbis constantia, quae ab antiquis lexicographis *Phoenici* tribuuntur, actioni satyricae abhorrere non videantur.

Sed Phoenix etiam in alia quadam Sophoclis fabula, in Ἀχιλλέως ἐρασταῖς, prodit, quae res adhuc, quod sciam, a nullo eorum, qui auctorem fragmentorum recognoscere studebant, expressis verbis indicata est. At satyri in hac fabula non solum Achillem amantes, sed etiam mulierem quandam expetentes producti sunt. Et in hac re cum Phoenice certasse videntur. Cuius rei testis est Photius aliique grammatici (cf. liber Suda,

[15] Philodemus *de piet.* p. 22: ⟨Αἰσχύλος⟩ δ' ἐν Ἡλιά⟨σιν τὸν⟩ Δία καὶ αἰθέ⟨ρα λέγει κ⟩αὶ γῆν καὶ ⟨οὐρανὸ⟩ν καὶ τὰ πάν⟨τα καὶ δ⟩πὲρ τὰ πάν⟨τ'· Εὐριπί⟩δης (?) δ' ἐν Μυ⟨σοῖς καὶ⟩ τὸν Δία καὶ ⟨οὐρανὸ⟩ν ἥλιωπόν, ⟨Σοφοκλῆς⟩ δ' Αἰγίσθῳ ⟨οὐρανὸν μ⟩όνον, ἐν Οἰ⟨νεῖ (?) δὲ καὶ τ⟩ὸν Δία.

Anecdota Graeca Bachm., Anecdota Graeca Paris.), apud quos sub voce παιδικά haec legimus: παιδικά· ἐπὶ θηλειῶν καὶ ἀρρένων ἐρωμένων τάττεται ἡ λέξις. — καὶ ἐν τοῖς Ἀχιλλέως ἐρασταῖς δῆλον ὡς οὕτως (sc. ἐπὶ τῶν ἀρρένων) ἐξείληπται· ἐπιδόντων γάρ τι τῶν σατύρων εἰς τὴν γυναικείαν ἐπιθυμίαν φησὶν ὁ Φοῖνιξ· 'παπαῖ, τὰ παιδίχ', ὡς ὁρᾷς, ἀπώλεσας'. Quibus ex verbis Phoenicem ea mente satyrorum oculos ad puerum amatum retorsisse conici potest, ut a puella averterentur, quam ipse expetivisset. Cum in fr. 4 papyr. eandem Phoenicis actionem observare videamur, nihil obstat quin fragmenta in papyris reperta Ἀχιλλέως ἐρασταῖς attribuamus.

De huius fabulae actione ut accuratiora quaedam proferrentur, satis exiguis fragmentis non permittebatur. Nunc adiunctis novis fragmentis vel pauca de argumento dicere iuvat. Prologum Oeneus pronuntiavisse videtur, quo exposuit, quare filiam in matrimonium daturus certamen instituisset. Nam ab antiquis auctoribus compertum habemus Dianiram, Oenei filiam, et ab Hercule et Acheloo expetitam esse. Oeneum, cum neutrum reicere auderet, certamen inter Herculem et Acheloum instituisse, ex quo certamine Hercules victor egressus Dianiram in matrimonium duxisset. Quod certamen in fabula satyrica a Sophocle latius digestum esse veri est simillimum. Etiam Phoenicem unum ex competitoribus fuisse suspicari licet. Qui cum Herculi impar esset, Perimeda, altera Oenei filia contentus, e certamine evasisse videtur, si vera sunt quae ex Asio apud Pausaniam VII 4, 1 leguntur: Ἄσιος δὲ ὁ Ἀμφιπτολέμου Σάμιος ἐποίησεν ἐν τοῖς ἔπεσιν ὡς Φοίνικι ἐκ Περιμήδης τῆς Οἰνέως γένοιτο Ἀστυπάλαια καὶ Εὐρώπη. Ex *Oenei* prologo sumptum esse videtur fr. 21 St., quo amantium affectus illustrantur:

τὸ γὰρ νόσημα τοῦτ' ἐφίμερον κακόν·
ἔχοιμ' ἂν αὐτὸ μὴ κακῶς ἀπεικάσαι.
ὅταν πάγου φανέντος αἰθρίου χεροῖν
κρύσταλλον ἁρπάσωσι παῖδες εὐπαγῆ,
τὰ πρῶτ' ἔχουσιν ἡδονὰς ποταινίους·
τέλος δὲ κρυμὸν οὔθ' ὁ παῖς ἀφᾶν θέλει
οὔτ' ἐν χεροῖν τὸ πῆγμα σύμφορον μένειν.
οὕτω δὲ τοὺς ἐρῶντας αὐτὸς ἵμερος
δρᾶν καὶ τὸ μὴ δρᾶν πολλάκις προσίεται.

Postquam Oeneus certamen proclamavit, satyri primi prodierunt puellam expetituri. Similiter res se habet in Sophoclis

Indagatoribus, ubi satyri etiam primi apparuerunt auxiliumque suum polliciti sunt, postquam Apollo boves sibi subductas esse pronuntiavit et pastores, agricolas numinaque silvestria invocavit, ut sibi in grege exquirendo opem ferrent. — Oeneus satyros congressos interrogat, quo consilio venerint et quo genere nati sint. Qui respondent se filiam expetituros venisse, nympharum filios, Bacchi adiutores deorumque contubernales esse. Tum omnes artes scientiasque, quibus excellant, enumerant et Oeneo quamcumque artem se daturos esse promittunt, si filiam ipsis tradere velit. Oeneus genus eorum haud spernendum esse assentitur, sed de filia tradenda nihil dicit, dum novum quendam competitorem hoc ipso tempore advenientem lustret.

Viri docti hunc novum competitorem Phoenicem fuisse consentiunt. At mihi haec res non tam dilucida esse videtur. Neque enim dubitari potest, quin praeter satyros et Phoenicem alii quoque competitores ad Oeneum venerint. Sed quomodo tota res in hac fabula digesta sit, ne suspicari quidem licet, ne fictis vera obscurentur. Hoc tantum dici potest satyros frustra Oenei filiam expetivisse, nam eos imprimis Achillis amantes monstratos esse ipse fabulae titulus docet. Etiam Pelei et Thetidis mentionem in hac fabula a Sophocle factam esse ex scholiis in Apoll. Rhod. IV 816 cognoscimus. Sed quas partes hi egerint et quomodo totius fabulae actio processerit propter indiciorum inopiam statui non potest. Neque id nostrum fuit propositum. Sophoclem fragmentorum auctorem et Ἀχιλλέως ἐραστάς eam fabulam esse, qua satyri Oenei filiam expetentes producti sint, satis habemus demonstravisse.

Posnaniae.

DE GRAECIAE IN PLINIANA DESCRIPTIONE (*N. H.* IV 1–32) SINIBUS QUAESTIONES

Scripsit

BRONISLAUS BILIŃSKI

I.

Graeciam in sinu Europae ad meridiem spectantis tertio apud Plinium collocari perspicuo testimonio declaratur: *n.h.* IV 1 *Tertius Europae sinus Acroceraunüs incipit montibus, finitur Hellesponto... in eo Epiros, Acarnania, Aetolia, Phocis, Locris, Achaia, Messenia, Laconica, Argolis, Megaris, Attica, Boeotia iterumque ab alio mari eadem Phocis et Locris, Phthiotis, Thessalia, Magnesia, Macedonia, Thracia.* Priusquam ad huius sinus fines atque ipsius Graeciae situm describendos accedam, doctrinae, quae de quattuor Europae meridionalis sinibus est, argumentum paucis adumbrandum existimo, quia Detlefsen probante Klotzio eam Plinio in Europa meridionali describenda fundamento fuisse statuit [1]. Quam quadrifariam litorum Europae partitionem tabula geographica inspecta facillime intelleges; diversis enim litorum anfractibus et recessibus orae sinus efficiuntur aut in vicem huc illuc litora procurrunt et paeninsulis prominentibus maria invadunt. Quae litorum ac maris variatio optime a Strabone II 120 depingitur: πλεῖστον δ' ἡ θάλαττα γεωγραφεῖ καὶ σχηματίζει τὴν γῆν, κόλπους ἀπεργαζομένη καὶ πελάγη καὶ πορθμούς, ὁμοίως δὲ ἰσθμοὺς καὶ χερρονήσους καὶ ἄκρας [2].

Quattuor ingenti ambitu sinus a Plinio Varronem, ut

---

[1] Detlefsen, *Vermutungen über Varros Schrift De ora maritima*, Hermes 21, 1886 p. 240 s., *Die Anordnung der geographischen Bücher des Plinius und ihre Quellen*, Quellen u. Forsch. zur alt. Gesch. u. Geographie fasc. 18 p. 16 ss, Klotz, *Quaestiones Plinianae geographicae* eiusdem collectionis fasc. 11 p. 71 ss, cf. G. M. Columba, *La questione Soliniana e la letteratura geografica dei Romani, Ricerche storiche*, Panormi 1935 pp 260. 268.

[2] *n. h.* III 5 *Oceanus a quo dictum est spatio Atlanticum mare infundens et avido meatu terras, quaecumque venientem expavere, demergens resistentes quoque flexuoso litorum anfractu lambit, Europam vel maxime recessibus crebris excavans, sed in quattuor praecipuos sinus...* Eadem sinuum partitio a Mela I 16 s., Solino 7, 1, Martiano Capella VI 649 s. exhibetur.

Detlefsen et Klotz opinantur, secuto distinguuntur, quorum primus inde a freto Gaditano initio capto *n. h.* III 5 Locris finitur III 74, 95 (Mart. Cap. VI 649); deinde frons Italiae paeninsulae a Locris usque ad Lacinium promunturium III 95, 97 porrigitur, a quo secundus incipit sinus et III 97, 145 (Mart. Cap. VI 650) Acroceraunis clauditur: tertii sinus termini in Acroceraunis et in Hellesponto statuuntur IV 1, 50 (Solin. 7, 1. Mart. Cap. VI 651); quartus denique inde ab Hellesponto ortus Maeotidis in ostio explicit IV 75 [3]. Divisionem tamen eam, tabula geographica inspecta, etiamsi nonnullos litorum cursus paulum aliter ab antiquis delineatos esse constet, a Plinio turbatam et cum alia provinciarum divisione contaminatam ideoque obscuratam esse accuratius intuentibus apparebit.

Ad tertium sinum explicandum accingor. Termini eius promunturio Malea, quo mare Ionium ab Aegaeo disterminatur, neglecto in Acroceraunis ponuntur. Ut rationem ac causam terminorum aperiamus, ad Graecos doctrinae de quattuor Europae sinibus auctores animum advertamus. Eratosthenis enim opinione Europae ad meridiem vergentis litora ita conformantur, ut tribus paeninsulis Peloponneso, Italia, Hispania excurrentibus sinus Adriaticus et Tyrrhenus efficiantur: Strabo II 92 φησὶ (Eratosthenes) τρεῖς ἄκρας ἀπὸ τῶν ἄρκτων καθήκειν· μίαν μὲν ἐφ' ἧς ἡ Πελοπόννησος, δευτέραν δὲ τὴν Ἰταλικήν, τρίτην δὲ τὴν Λιγυστικήν, ὑφ' ὧν κόλπους ἀπολαμβάνεσθαι τόν τε Ἀδριατικὸν καὶ τὸν Τυρρηνικόν... 108 (Eratosthenes) τρεῖς ἔφη (ἄκρας), τὴν ἐπὶ τὰς στήλας καθήκουσαν. ἐφ' ἧς ἡ Ἰβηρία, καὶ τὴν ἐπὶ τὸν πορθμόν, ἐφ' ἧς ἡ Ἰταλία, καὶ τρίτην τὴν κατὰ Μαλέας, ἐφ' ἧς τὰ μεταξὺ τοῦ Ἀδρίου καὶ τοῦ Εὐξείνου πάντ' ἔθνη καὶ τοῦ Τανάιδος = frg III B 97 Berger, cf. eiusdem *Wissenschaftliche Erdkunde d. Griechen u. Römer* p. 105 [4]. Eadem sententia probata Polybius diligentius atque accuratius hanc paeninsularum partitionem distinxit et paeninsulam tertiam in tres denuo singulas paeninsulas divisit:

[3] Cum a. 1939 Romae codices Bibliothecae Vaticanae perlustrarem, in codice Vatic. Graeco 175 saec. XIV diversis manibus conscripto elenchum sinuum terrae habitabilis inveni; fol. 1 v codicis leguntur haec: Σύνοψις τῶν κόλπων τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης, quibus in margine additur ἐκλεγεῖσα ἐκ τῆς γεωγραφίας Στράβωνος. Recensio fol. 8 v explicit.

[4] Quod A. Thalamasii opus, *La géographie d'Eratosthène*, Paris, 1921 inspicere non potui valde doleo.

Strabo II 108 οὗτος δὲ (Polybius) τὰς μὲν δύο τὰς πρώτας ὁμοίως ἐκπίθεται, τρίτην δὲ τὴν κατὰ Μαλέας καὶ Σούνιον, ἐφ' ἧς ἡ Ἑλλὰς πᾶσα καὶ ἡ Ἰλλυρὶς καὶ τῆς Θράκης τινά, τετάρτην δὲ τὴν κατὰ τὴν Θρᾳκίαν χερρόνησον... πέμπτην δὲ τὴν κατὰ τὸν Κιμμερικὸν Βόσπορον καὶ τὸ στόμα τῆς Μαιώτιδος... (= Polyb. XXXIV 7, 13 B.—W., Berger o. c. p. 522—3). Doctrina igitur de ora Europae meridionalis in paeninsulas ac sinus dividenda, qua quattuor Oceani sinus in mentem revocantur, a Graecis excogitata etiam apud Romanos geographos comparet et a Plinio usurpatur[5]. Paeninsulis Europae, quae in altum longe prominent, primum cognitis et in tabula geographica delineatis doctrina demum de sinibus orta est; ideo ubi paeninsulae respiciuntur, primaria atque genuina doctrinae species offerri videtur; ex qua postea demum divisio in sinus facta originem duxit. Apud quem igitur geographum Romanum ratione paeninsularum habita partitio litorum fit, eum propius ad Graecos doctrinae genuinae auctores accedere iudico. Apud Melam, quamquam sinus enumerantur, frontes i. e. paeninsulae, quae in mare excurrunt, diligenter respiciuntur[6]; tres maximi sinus totidemque frontes i. e. paeninsulae distinguuntur.

Sed nos ad Plinium revertamur. Ab Acroceraunis usque ad Hellespontum sinus tertius opinione Plinii extenditur (cf. *n. h.* III 97. 145. IV 50), quem etiamsi formas ac cursus litorum antiquos ab hodiernarum tabularum descriptione differre posse acceperis (Tozer-Carry, *History of anc. geography,*

---

[5] Eiusdem doctrinae lineamenta apud Dion. Periegetam deprehenduntur 331 ss: φράζεο δ' Εὐρώπης λοιπὸν πόρον, ὅστ' ἐπὶ τριτσὴν
ἐκτέταται κρηπῖδα πρὸς ἠῶ, τὴν μὲν Ἴβηρων,
τὴν δὲ Πανελλήνων, τὴν δ' ἐσθλῶν Λὐσονιήων.
Quae recte ab Avieno 473 ss et Prisciano 330 ss expressa ab Eustathio *GGM* II 276 in scholiis ad l. l., Nicephoro Blemmyda *geogr. synopt. GGM* II 460 perperam ad triangulam Europae formam referuntur.

[6] I 16 *inde ad fretum nunc vaste retracta nunc prominens tres maximos sinus efficit, totidemque se in altum magnis frontibus evehit... 17 mare quod primo sinu accipit Aegaeum dicitur; quod sequenti in ore Ionium, Hadriaticum interius; quod ultimo nos Tuscum, Grai Tyrrhenicum perhibent...* Sinibus enumeratis paeninsulas recenset 18 ... *Graecia prominet... Italia procurrit... Hispania... in occidentem diuque etiam ad septentrionem diversis frontibus vergit.* A Mela igitur genuinam de sinibus, definitis terminis circumscriptis, doctrinam expressam esse elucet. Quae ap. Solinum et Martianum Capellam leguntur e Plinianis scriniis originem ducunt.

Cantabr. 1935, tabulae), nullo modo detegas et Plinium hoc loco delirare necesse est concedas. His enim terminis minime sinus sed paeninsula circumscribitur[7], quae a Mela disertis verbis delineatur I 18 *tum Graecia prominet, Aegaeumque ab Ionio mari dirimit*[8]. Plinii enim sinus tertius, quo Graecia comprehenditur, eisdem fere finibus atque apud Eratosthenem paeninsula continetur: l.l. τρίτην (ἄκραν) τὴν κατὰ Μαλέας, ἐφ' ἧς τὰ μεταξὺ τοῦ Ἀδρίου καὶ τοῦ Εὐξείνου πάντ' ἔθνη καὶ τοῦ Τανάιδος... Quae cum ita sint, Plinium, cum ad Graeciae descriptionem accederet, Graecorum doctrina usum divisione in sinus repudiata paeninsulae notionem Graecae doctrinae propriam probavisse et eam in mare terrae excurrentis conformationem insolito modo nomine sinus designavisse opinor.

Nunc de sinus designatione aliqua addenda sunt. Quamquam ab Acrocerauniis usque ad Hellespontum Propontidis et Ponti litorum tractu adiecto manifesto paeninsula ingenti fronte in mare provecta constituitur, Plinius vocabulo q. e. *sinus* utitur. Eum tam paeninsulae Graecae ignarum fuisse quis crediderit, ut notissimas Graeciae regiones in sinu positas esse acciperet, praesertim cum in ipsa descriptione mentiones paeninsulae aperte fiant (cf. *n. h.* IV 1. 9. 19).

Quaenam igitur vis vocabuli *sinus* fuerit diligentius inquiramus. Hac voce non solum flexuosi litorum anfractus, qui ad similitudinem sinus curvati sunt, sed etiam *terra spatiose in mare excurrens* designatur (v. R. Stephanus, *Thes. L. L.* s. v. *sinus*). Minime igitur Plinius erroris accusandus est. Eadem ratione vocabulum *sinus* a Tacito in Germaniae descriptione geographica aliquot locis usurpatur. *Germ. 1 ...cetera Oceanus ambit, latos sinus et insularum immensa spatia complectens...* Hic non sinum maris sed terrae, i. e. paeninsulam Cimbricam, quae in mare excurrit, designari ex verbo *complectens* elucet, cf. *Germania* ed. Gudeman 1916 p. 51, E. Schwyzer 1923 p. 2, Much 1927 p. 9.

---

[7] Promunturium Malea, quo sinus aperiendus erat, omnino tacetur et in ipsa Graeciae descriptione situs eius peculiaris non respicitur.

[8] II 37 *tum iam vaste et multum prominens Graecia, et dum Myrtoum pelagus adtingat ab septentrione in meridiem vecta, qua sol oritur Aegaeis, qua occidit Ioniis fluctibus obiacet. Ac proximo spatiosa et Hellas nomine grandi fronte procedit...*

C. 37, 1 iterum paeninsula Cimbrica vocabulo *sinus* inducitur: *eundem Germaniae sinum proximi Oceano Cimbri tenent* (cf. 35,2, ubi paeninsulae *flexus* respicitur, Müllenhoff *D.A.* IV 103).

Etiam magni terrarum ambitus eodem modo exprimuntur: Tac. *Germ.* 29, 4 *mox limite acto promotisque praesidiis sinus imperii et pars provinciae habentur*, ubi decumates agri instar sinus in Germanorum terram provecti describuntur; cf. *Ann.* IV 5 *Cetera Africae per duas legiones parique numero Aegyptus, dehinc initio ab Suriae usque ad flumen Euphratem, quantum ingenti terrarum sinu ambitur, quattuor legionibus coercita.* Eodem sensu vocabulum etiam a Plinio usurpari videtur *n. h.* VI 23 *...nunc reddatur ingens in mediterraneo sinus*, ubi de Asia Minore verba fiunt; quae Mayhoff codicibus invitis in *situs*, quia infra de situ legitur, mutavit. In lunae item ap. Plinium descriptione eadem vis vocabuli *sinus* apparet *n. h.* II 42 (luna) *modo curvata in cornua facie, modo aequa portione divisa, modo sinuata in orbem.*

His expositis nullo errore commisso paeninsula Graeciae, ut terrarum ingens ambitus, *sinus* nomine designari poterat.

Duo diversa consilia, generale quo sinus quattuor maximi Europae distinguuntur, cum peculiari quod ad Graeciam circumscribendam usurpatur, a Plinio contaminata esse iudico. Ex marium et insularum, quae cuique sinui absoluto subduntur, recensione haec Plinii contaminatio dilucidior fit et ratio, cur sinum tertium paeninsulae terminis circumscripserit, facilius enucleatur.

Mare Ionium, quod extra Acroceraunia positum Graeciam ad occasum versam alluit [9], sinu maximo secundo, non Malea promunturio sed Acroceraunis clauso, recensetur *n. h.* III 150 (cf. 100) et in sinu tertio iterum *n. h.* IV 9. 19 tractatur. Cum tamen inter maria sinus tertii, quae post sinum definitum enumerantur, Aegaeo solum mari allato *n. h.* IV 51 desideretur, in sinu secundo circumscribendo naturalis geographici termini i. e. promunturii Maleae ratio habetur; quod in insulis sinus tertii enumerandis *n. h.* IV 52 iterum omnino neglegitur. Insulae enim item in litorum cursu incepto ab Acroceraunis

[9] H. Treidler, *Das Jonische Meer im Altertum*, Klio 1928 p. 59 ss. A. Roncoui, *Per l'onomastica dei mari*. Stud. Italiani di filol. class. 1932 p. 284, V. Burr, *Nostrum mare*, Würzburger Studien IV 1932 p. 59 ss.

relatae, quod ab eodem termino atque Graeciae descriptio initium sumunt, cum Graecae peculiari enarratione coniungendae sunt. Quibus prolatis divisionem in maximos sinus, quod quidem ad maria spectet, a Plinio observatam esse luculenter evincitur. In singularum tamen regionum confiniis statuendis alias rationes, quae e singularum plagarum situ geographico pendeant, subditas esse opinor. Sinuum divisionem ex universa litorum tractatione ortam singularum, quae definitis terminis comprehenduntur, provinciarum descriptionibus non semper aptam esse Plinio perspicuum erat. In peculiaribus enim provinciis necessitudine historica inter se coniunctis aliae rationes respiciendae erant, ne regiones in unum corpus certis vinculis comprehensae in singula et minuta divellerentur et ordo regionum, quae una tractandae erant, finibus geographicis interpositis discinderentur.

Nunc sinum tertium quomodo cum eis quae exposui cohaereat accuratius contemplemur. Si fines eius Plinius in Malea promunturio posuisset, descriptio Graeciae eiusque insularum recensio in duos sinus divelleretur. Quam ob rem ne partes Graeciae geographico ordine inter se quam arctissime cohaerentes, artificiali quadam ratione, qua adhibita etiam perspicuitati maximum damnum inlatum esset, discinderentur, regiones Graeciae Malea promunturio ut cuius mentio ad divisionem marium solum quadraret neglecto ita describuntur, ut imago totius Graeciae continuo periplo ante oculos ponatur.

In primo sinu describuntur litora Baeticae iam in Oceanum spectantia et extra sinus limites, qui in freto Gaditano collocantur, posita, quia confinia Baeticae flumine Ana circumscriptae finibus sinus parum respectis in peculiari Hispaniae descriptione maioris momenti erant. Simili modo totum Graeciae latus, quod ad occasum vergit, sinui secundo Malea circumscripto tribuendum, ut universa Graecia continua descriptione una comprehenderetur, Plinius tertio sinui adscripsit[10].

Plinius igitur a doctrina, quae de sinibus est, Varroni, ut supra dixi, adscripta, abscessit atque notionem paeninsulae ab Eratosthene eisdem fere finibus circumscriptam amplexus est.

[10] Periplus Propontidis et Ponti notione Thraciae comprehensus sinu tertio continetur *n. h.* IV 44 s., quamquam sinuum ratione habita in quarto demum enarrandus erat.

Nunc quaeritur quo auctore haec Graecae indolis doctrina Plinio suppeditata sit. Ad tabulam Agrippae deferimur, qui paeninsulam inde ab Acroceraunis usque ad Hellespontum, cui etiam pars Ponti additur, duabus regionum complexionibus explevit: frg 18 *Epirus, Achaia, Attice, Thessalia*[11], Klotz, *Die geographischen commentarii des Agrippa und ihre Überreste*, Klio XXIV 1931 p. 416, frg 19 *Macedonia, Thracia, Hellespontus, pars sinisterior Ponti*[12], Klotz p. 419. In tabulis enim geographicis non tam sinus marium quam paeninsulae oppidis portibusque locupletes litorum cursus in oculos se impingunt. Itaque Strabo II 120 cum de litoribus mari conformatis verba facit tabulam chorographicam commemorat: πλεῖστον δ' ἡ θάλασσα γεωγραφεῖ... προσλαμβάνουσι δὲ ταύτῃ καὶ οἱ ποταμοὶ καὶ τὰ ὄρη. διὰ γὰρ τῶν τοιούτων ἠπειροί τε καὶ ἔθνη καὶ πόλεων θέσεις εὐφυεῖς ἐνενοήθησαν καὶ τἆλλα ποικίλματα, ὅσων μεστός ἐστιν ὁ χωρογραφικὸς πίναξ. Hinc sinus Plinii tertius vel rectius paeninsula pendet.

Acroceraunia, quibus mare Ionium ab Adriatico disterminatur, in tabula geographica delineanda apud geographos antiquos maximi momenti fuisse ex compluribus mentionibus cognoscimus (Oberhummer RE XI col. 268 s. v., Gisinger RE Suppl. IV col. 602 s. v. *Geographie*). Agrippa sinum Italiae et Illyrici ambitum Acroceraunis definivit, Plin. *h. n.* III 150 (= frg 47 Klotz). Acroceraunia igitur, quibus tertius sinus circumscribitur, ex penu Agrippae originem trahunt[13].

Descriptio Graeciae ab Epiro incipit, quamquam de gen-

[11] Plin. *n. h.* IV 32 *...Epiri, Achaiae, Atticae, Thessaliae in porrectum longitudo...* Cum Plinianis *Divisio orbis* 12 et *Dimensuratio provinciarum* 12, *GLM* Riese, in quibus Agrippea expressa esse omnibus constat, comparandae sunt. Etiam mensurae, quibus hae regiones apud Plinium comprehenduntur, Agrippae debentur, cf. Detlefsen, *Ursprung, Einrichtung und Bedeutung der Erdkarte Agrippas*, Siegl. Quell. u. Forsch. fasc. 13 p. 31. 33.

[12] Plin. *n. h.* IV 50, cf. *Div.* 13, *Dim.* 11, *GLM* R.

[13] Klotz, *Quaest. geogr. Plin.* p. 108 Plinium male diversos fontes conflavisse ita, ut initium sinus secundi a Varrone, finem autem eius i. e. Acroceraunia ab Agrippa sumpserit, iudicat (cf. Detlefsen, *Anordnung...* p. 48, *Vermutungen...* p. 247). Columba, *Ricerche storiche* p. 260—61 *...il secondo sinus finisce anche per lui* (Solino) *non al Malea, ma agli Acrocerauni, limite che sembra derivato da una combinazione di dati diversi dovuta a Plinio stesso.*

tibus eius utrum Graecis an potius barbaris adnumerandae sint, parum constat (cf. Beloch, *Zur griechischen Vorgeschichte*, Histor. Zeitschrift 79, 1897 p. 205 s., M. Nilsson, *Stud. zur Gesch. d. alt. Epeiros* p. 2, Jardé, *La formation du peuple grec* p. 101 s.). Florentibus Graeciae rebus barbari dicuntur et Epirus ex Graeciae descriptionibus excluditur[14]. Postea demum inde a III a. Ch. n. saeculo, postquam Molossorum gentes rerum potitae sunt, aetate q. v. Graeco-Romana finibus ipsius Graeciae adiciuntur (Dion. Perieg. 379 ss cum scholiis Eustathii *GGM* II 290 M.). Recentioris igitur rerum status est signum quod Epirus ex adverso Italiae, quae in orientem vergit, posita una cum Graecia describitur. Polybium qui in bellis Epirotarum contra Illyrios enarrandis fines atque vias teste Strabone diligenter delineavisset (cf. Polyb. XXXIV 8 B.-W.) probabile est Epirum cum Graecia tractavisse. Epirus ubi Romani permulta praedia possidebant (Varro *de r. r.* II praef. 7), optime eis nota erat et promunturium Acroceraunia in fretum, quod inter Calabriam et Epirum est, provectum Romanis termino paeninsulae fuisse verisimile est, quia eo maria Adriaticum Italiae et Ionium ad Graeciam pertinens, discriminantur (Burr, *Nostrum mare* p. 61). Finibus sinus tertii in Acroceraunis positis et notione sinus Malea circumscripti omnino repudiata, paeninsula inducitur ut certis ac definitis terminis Graeciae regiones comprehendantur. In his, quod maxime premo, terminis Plinio probatis vestigium doctrinae Graecae de paeninsulis, quae Eratostheni et Polybio placuit, conspicio.

A generali in sinus primarios divisione Plinius abscessit, ut Graeciae paeninsulam separatim tractaret. Quae cum ita sint, Klotzio Plinium ex diversorum fontium Varronis et Agrippae contaminatione in errorem incidisse (cf. Berger, *Die geogr. Fragm. d. Eratosth.* Lips. 1880 p. 343) sinum Acroceraunis terminantem opinato vehementer obloquor. Divisione in sinus consulto derelicta, Graecorum auctoritate inductus, cum in Graecia describenda versaretur paeninsulae notionem cogitate proba-

[14] Ephorus Graeciae descriptionis initium ab Acarnania cepit (ap. Strabonem VIII 334 = frg 143 J.) eodemque modo a Strabone Graecia circumscripta esse videtur (cf. Ps.-Scymnus 445 ss, Dion. Calliph. 24 *GGM* I 239 M., Treidler, *Epirotische Völker im Altertum*, Archiv f. Anthropol. 1919 p. 112).

vit, quam etiam ab Agrippa expressam invenit. Agrippa enim in commentariis componendis et tabula geographica delineanda permulta ex Graecis sumpsit atque Romanorum more usurpavit (cf. P. Schnabel, *Die Weltkarte des Agrippa als wissenschaftliches Mittelglied zwischen Hipparch und Ptolemaeus*, Philologus 1935 p. 403 ss). Eratosthenis doctrinam ab eo adhibitam esse ex diversis fragmentis elucet [15] et in generali tabulae dispositione cum ex Eratosthene pendere nunc constat (Klotz o. c. p. 463).

Paeninsula Graeca igitur ex Eratosthenis doctrina Agrippa quoque, qui Eratosthenem sequitur, advocato a Plinio l. IV describitur. Acroceraunia ex Agrippae penu proveniunt; confinia, quae in orientem versus spectant, cum ab Agrippa frg 19 Klotz [16], iterum finibus sinus, qui in Hellesponto ponuntur, neglectis, in Pontum protrahantur, etiam a Plinio eadem ratione usurpantur, quia pars Ponti iam in quarto collocanda sinu tertio comprehenditur (*n. h.* IV 44 ss). Cum his Eratosthenem compono apud quem omnes gentes inter mare Hadriaticum et mare Euxinum et flumen Tanaim incolentes paeninsula ab eo delineata continentur.

Notione paeninsulae probata Plinium doctrinam Graecam e fonte Romano, quem Agrippam fuisse satis demonstravi, suppeditatam expressisse simul ostendi.

II.

De Graeciae sinu quaestione absoluta nunc ad singulos Graeciae sinus minores, qui mensuris instruuntur, accedo. Sinus Ambracius *n. h.* IV 4, Corinthius IV 6, Cyparissius IV 15, Messeniacus IV 15, Laconicus IV 16, Argolicus IV 17 in examen veniunt.

Descriptioni Graeciae Plinianae cum in peripli partibus tum in mediterranea periegesi hic illic mensuras aspersas esse iam primo obtutu patet. Solito in periplis more intervalla inter pro-

[15] In India (frg 32 Klotz) delineanda Agrippa cum prima Eratosthenis σφραγίδι consensit; fragmenta 29. 33 cum quarta σφραγίδι componenda sunt.

[16] *Div.* 13 *Macedonia, Thracia, Hellespontus et pars sinisterior Ponti*, cf. *Dim.* 11, cf. Müllenhoff, *Deutsche Altertumskunde* III pp 239. 295.

munturia, tum spatia, quibus oppida a mari distant, computantur, deinde latitudo fretorum isthmorumque designatur. Minus saepe mensurae in mediterraneis comparent. Peculiari tamen ratione sinus mensuris comprehenduntur.

Diversarum regionum Europae praecipueque Italiae[17] mensurae accuratius iam examinatae sunt, Graeciae autem a Klotzio vix commemorantur, a Detlefseno obiter perstringuntur. Apud Bunburyum, Smithium, Forbigerum, Kiepertium, Bursianum, qui geographiae Graeciae antiquae operam dederunt, nulla inquisitione diligentiore adhibita ieiune adnotantur vel prorsus omittuntur, quod difficili atque abstrusa Plinii doctrina geographica explicatur. Diligentissime igitur sinuum mensuras perscrutabimur, ut manifestum fiat, qua ratione computatae et cui adscribendae sint. Praeterea quaeretur utrum eidem auctori atque periplus et periegesis etiam mensurae debeantur an alio ex fonte haustae diverso auctori, cuius nomen coniectura expromere conabimur, adiudicandae sint.

Antequam ad ipsos numeros excutiendos accedam, quo clarius atque dilucidius ratio ac indoles Plinianarum computationum evadat, pauca de eis praemonenda in animo habeo. Quando in Graecia describenda versamur, memoria necesse est teneamus, nonnullarum mensurarum, etiam tum cum in m. p. prodeant, Graecam esse originem statuendam. In hac igitur tractatione mensuras Graecorum, quae quidem exstant, in comparationem vocabimus, ubi autem eae desiderantur coniectura adiuvabimur.

Mensurarum numeros saepissime in codicibus corruptos obvenire, vix est quod moneam. Plinii ipsius de numerorum incertitudine conquestionem satis erit referre: *n. h. III* 16: *quae causa magnos errores computatione mensurae parit, alibi mutato provinciarum modo, alibi itinerum, auctisque aut deminutis passibus. Incubuere maria tam longo aevo, alibi processere litora, torsere se fluminum aut correxere flexus. Praeterea aliunde alius exordium mensurae est et alia meatus. Ita fit ut*

---

[17] Io. Partsch, *Die Darstellung Europas in dem geographischen Werke des Agrippa*, Wratisl. 1875 p. 36—45, Oemichen, *Plinianische Studien*, Erlang. 1880 p. 27—31, Detlefsen, *Die Beschreibung Italiens in der N. H.*, Siegl. Quell. u. Forsch. fasc. I Berol. 1901 p. 17—23.

nulli duo concinant; cf. VI 72 [18]. Iam in Plinii fontibus numeros diverse traditos esse comperimus, posteriores autem denuo de codicum Plinianorum numeris corruptis conquestos esse ex Dicuilio cognoscimus [19]. Haec exscripsi, ut numeris Plinii propositis eos iam in fontibus ambigue et diverse traditos esse et postea in codicibus a librariis, quod plerumque in numeris et nominibus propriis fit, misere depravatos esse continuo clareat. Quae cum ita sint, ut Plinii genuina mensurarum forma eruatur, cum eximio acumine tum strenua atque vigili cura opus esse omnes concedent.

Quoniam a Plinio mensurae maximam partem in passibus traduntur, eas autem ex Graecorum stadiis ortas esse admisimus, de ratione, quae inter stadium Graecum et passus Romanos intercedat, notitiam a Strabone VII 322 prolatam subiungo: ...λογιζομένῳ δὲ ὡς μὲν οἱ πολλοὶ τὸ μίλιον ὀκταστάδιον... ὡς δὲ Πολύβιος προστιθεὶς τῷ ὀκτασταδίῳ δίπλεθρον, ὅ ἐστι τρίτον σταδίου... (= Polyb. XXXIV 12, 3—4 B.-W.). Octo igitur stadia in mille passuum vulgo computantur, quibus Polybius $^1/_3$ stadii adiecit (M. Schmidt, *De Polybii geographia,* diss. Berol. 1875 p. 5 ss). Hanc computationem a Strabone traditam et τοῖς πολλοῖς

[18] Cum Pliniana de discrepantiis mensurarum Marciani querelam velim conferas: *peripl. mar. ext.* 2 (*GGM* I 517) ...φημὶ δὴ οὐκ ἐν ἅπασι τοῖς τῆς θαλάττης μέρεσι ῥᾴδιον εἶναι τὸν τῶν σταδίων ἀριθμὸν πρὸς τὸ ἀκριβέστατον ἀνευρεῖν· ἀλλ' εἰ μέν τις ἠὼν τὴν εὐθεῖα τυγχάνει, μήτε ἐξοχὰς ἔχουσα, τοῦ παρὰ ταύτην γινομένου πλοῦ τὴν ἀναμέτρησιν ὡς ἐπίπαν ῥᾳδίαν εἶναι· τῶν δὲ κόλπων καὶ τῶν ἀκρωτηρίων ἤτοι χερρονήσων τὸν περίπλουν οὐ δυνατὸν ἀκριβῆ παραστῆσαι... Ὑποκείσθω γὰρ λόγου χάριν κόλπος κατὰ τὸν αἰγιαλὸν αὐτὸν ἐν περιγραφῇ σταδίων ρ' ὑπάρχων· τοῦτον εἰ μέν τις πλησίον καὶ παρ' αὐτὴν τὴν ἠόνα περιπλέοι, ἐλάττονας μὲν εὑρήσει σταδίους τοῦ κατ' αὐτὸν τὸν αἰγιαλὸν βαδίζοντος, τῆς δὲ ἀληθείας οὐ πολὺ διαμαρτήσει· εἰ δέ τις ἐνδοτέρω περιπλεύσειε τὸν αὐτὸν κόλπον, ἤττονας τοῦ παρὰ τὸν αἰγιαλὸν πλεύσαντος εὑρήσει σταδίους..., cf. Marc. Heracl., *Epit. peripli Menippei* 5 *GGM* I 567: ... τῶν μὲν οὖν κόλπων καὶ τῶν ἀκρωτηρίων ἡ διαφωνία σαφής· οἱ μὲν γὰρ πλησίον τῆς ἠπείρου τοὺς κόλπους καὶ τὰ ἀκρωτήρια περιέπλευσαν, οἱ δὲ πορρωτέρω καὶ διὰ τοῦτο ἢ πλέονας ἢ ἐλάττονας περιέπλευσαν σταδίους.

[19] *De mensura orbis terr.* praef. 4 *at ubi in libris Plinii Secundi corruptos absque dubio numeros fieri cognovero, loca eorum vacua interim fore faciam ut, si non invenero certa exemplaria, quicumque reppererit emendet. Nam ubi dubitavero utrum certi necne sint numeri, sicut certos crassabo, ut praedictus quisquis veros viderit corrigat...* 6, 1 *iuxta Plinium Secundum numerorum loca quae in prologo praedixi relinquere vacua, repertis illis supplevi, sed siquis meliora exemplaria invenerit, videat, si placuerit, ne piger corrigere fuerit.*

tributam ab omnibus probatam et saepius usitatam esse viri docti confirmant (Hultsch, *Griech. u röm. Metrologie,* Berol. 1882 pp 49. 53. 64—66, Dörpfeld, Mitteil. d. arch. Inst. Athen, 1890 p. 179 ss, Lehmann-Haupt RE II 6 s. v. *Stadion* col. 1934) nosque eam in his studiis in usum vocabimus [20].

In mensuris adhibendis Plinius diversos auctores sequitur: ex Graecis saepissime Isidorus, Artemidorus, Polybius, Eratosthenes laudantur, ex Latinis autem Agrippa, Varro, C. Nepos nominantur. Quosnam tamen ipse in manibus habuerit atque consuluerit, post tot opera ac studia adhuc valde ambigitur. Plerique de Agrippa, Isidoro, Varrone, auctoribus Plinii in universum primariis, cogitant, quibus intercedentibus etiam Eratosthenis, Polybii, Artemidori dimensurationes a Plinio excipi opinantur [21].

Mensurae, quae auctoris nomine laudato afferuntur, omni ex parte iam a viris doctis examinatae sunt. Quarum tamen origo auctoris nomine omisso plerumque in tenebris iacet, eae aut non perpenduntur aut nulla accuratiore indagatione facta ad auctorem, qui similia tradiderit, referuntur.

---

[20] Implicatissimam de stadii longitudine, quod ex diverso pede computatum variatur (Lehmann-Haupt l. l. col. 1933 ss) et quod ex eo pendet varie in m. p. numeratur, quaestionem, ne filum argumentationis obscurem, missam facio. Plinium simili modo atque Strabonem (Hultsch l. l. p. 65 adn. 1) aetatis morem secutum 8 stadia in m. p. insumpsisse patet (cf. *n. h.* II 85. VI 120. XII 53).

Oxé, qui mensuris Gadium operam navavit Rh. M. 1938 p. 51 ss, mensuras Graecas, quae in m. p. computatae accuratam plenumque calculum efficiant, in stadiis expressas a Plinio in m. p. tradi, quae autem difficilius in passuum computum se praebeant, incolumes in stadiis a Plinio receptas in textum esse suspicatur.

[21] Oemichen, *De M. Varrone et Isidoro Characeno C. Plinii in libris geographicis auctoribus primariis,* Acta Soc. Lips. III 1873 p. 436 ss periplum una cum mensuris Varroni tribuit; quibus in opere retractando Isidorea cum Artemidoreis inserta esse opinatur. Klotz, *Quaest. Plin. geographicae* p. 102—146, qui descriptionem Europae, quae ad meridiem spectat. litorum tractu factam et in sinus divisam cum Varroni adscripsisset, etiam mensuras, quamquam Graecas non examinavit, ad Varronem rettulit, quas cum Agrippeis conglutinatas esse concludit. De Graeca quarundam mensurarum Graeciae origine Detlefsen, *Die Anordnung...* p. 52—55 cogitat et fontem Plinianae Graeciae descriptionis in Isidoro quaerendum esse statuit.

In Graeciae tamen descriptione praeter Agrippam, cui mensura sinus tertii *n. h.* IV 1 et dimensuratio Epiri, Achaiae, Atticae, Thessaliae IV *32* recte vindicantur, Isidorus semel in Peloponnesi circuitu computando IV 9 nuncupatur. Reliquae autem mensurae sine nomine prodeunt. Ex hac Isidori mentione duplex coniectura trahi potest: aut reliquae Graeciae mensurae ei debentur aut haec sola Peloponnesi circuitus mensura Isidori est, aliae autem ex diversis iontibus originem trahunt. Detlefsen Isidori testimonio usus totam Graeciae descriptionem ad eum temere rettulit, quamquam sunt qui iudicent Isidorum secunda demum manu opere iam fere perfecto in textum inculcatum esse (Oemichen o. c.).

Equidem ne uno nomine arrepto de omnibus sententiam in modum Detlefseni feram neve Isidori vana imagine reliquas mensuras obscurem, singula mihi tractanda propono.

Nunc solum sinuum mensuras reliquis in peripli quocum arctissime cohaerent, tractationem sepositis, excutiendas curo.

Descriptionem sinus Ambracii *n. h.* IV 4 *...maximeque nobilitatus Ambracius sinus, D passuum faucibus spatiosum aequor accipiens, longitudinis XXXVII m.p., latitudinis XV m.p.*, quam etiam apud Melam II 54 legimus: *in Epiro nihil Ambracio sinu nobilius est. Facit sinus, qui angustis faucibus et quae minus mille passibus pateant grande pelagus admittit...* cum aliis geographis componere libet. Quamquam similitudinem verborum permagnam et Ambracii sinus elogium prorsus idem esse apud Plinium et Melam apparet, haec non tam ad communem fontem, quem eundem Plinio et Melae fuisse constat, sed ad geographiae Romanae dicendi consuetudinem referenda esse potius crediderim [22]. In mensuris enim tradendis inter se differunt, quia ostia sinus apud Plinium diverso numero computantur, et in universum Plinius locupletior offertur. Ratione com-

[22] L. Canari, *La produzione geografica latina e gli influssi letterari*, Historia 1931 p. 164: *Gli scrittori latini, pertanto, si servivano di un lessico apposito (linguaggio peculiare della geografia), una serie di frase communi per descrivere lo stendersi di una peninsula nel mare, la spaccatura di una catena di montagne, una pianura, una valle, un fiume. Molte delle affinità tra i nostri geografi sono dovute all' uso di linguaggio commune, poichè il loro scopo precipuo era di incontrare la sinpatia d'un lettore, bisognava non scostarsi dal linguaggio corrente che questi già conosceva e ammirava dalla lettura di brani descrittivi di prosatori e di poeti...*

putationis, quam supra adumbravi, habita, ubi quattuor stadia D passibus conveniunt, Plinii faucium sinus Ambracii mensuram cum Ps.-Scylacis confero: 31 ...τὸ δὲ στόμα εὖρος σταδίων δ' *GGM* I 35 M., quae mensura in *Chrestomathia* Straboniis VII 57 (*GGM* II 575 M. textu Strabonis genuino paulum neglecto repetitur; in quo Ambracius sinus delineatur his: VII 325 ἐφεξῆς δὲ τὸ στόμα τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου· τούτου δὲ τοῦ κόλπου τὸ μὲν στόμα μικρῷ τοῦ τετρασταδίου μεῖζον, ὁ δὲ κύκλος καὶ τριακοσίων σταδίων. Qua Strabonis mensura Polybianus numerus revocari videtur IV 63,3 ὃς στενώτατός (sinus Ambracius) ἐστι κατὰ τὸ τῶν Ἀκαρνάνων ἱερὸν καλούμενον Ἄκτιον... λείπει γὰρ τῶν πέντε σταδίων...[23]. Longitudo sinus a Plinio in XXXVII m. p. (= 296 stadia) computata ad Polybii mensuram l. l. κατὰ δὲ τὸ μῆκος ἀπὸ τοῦ πελάγους προπίπτει περὶ τριακόσια στάδια accedit. Simili modo etiam in latitudine sinus computanda Plinius cum Polybio congruere videtur, si XV m. p. (= 120 stadia) cum Polybii numero κατὰ μὲν πλάτος ἐφ' ἑκατὸν στάδια exiguo discrimine observato componere licet. Quem tamen numerum testimonio Polybii accuratius excusso, ubi solum 100 stadia offeruntur, potius invitis codicibus in XII m. p. mutaverim, quod ad Polybii mensuram accuratissime quadrat, facillime autem ratione palaeographica explicatur et, cum a Plinio nimia sinus latitudo proferatur, propius ad rerum veritatem accedit (cf. Neumann-Partsch, *Phys. Geogr. v. Griechenland* p. 129).

E Silligii apparatu critico XII m.p. a I. Vossio (sc. in *Observat. in Pomp. Melam* 1658) et in codicibus, quae Harduino (editio Parisina nova et emendatior 1741) praesto erant, commendata esse percipio. Cum tamen in recentioribus Detlefseni et Mayhoffii editionibus, quae nunc in manibus sunt, in apparatu critico ne verbo quidem commemorentur haec protuli et, ne veterem cramben recoquere videar, lectionem argumentis ex Polybio depromptis munitam Plinio vindicavi.

---

[23] J. Wolfe, *Observations on the Gulf of Arta made in 1830*, Journ. Royal Soc. Geogr. 1873 p. 77 *though we find from Polybius, that in the time of Philipp the breadth of the entrance was only five stadia, or half a mile, which is still the average distance between the two shores, notwithstanding the two points before-mentioned may approach somewhat nearer*, cf. Kiepert *FOA* tab. XV.

Praeter Polybium etiam cum Ps.-Scylacis periplo, ad quem iam ostii sinus Ambracii mensuram rettuli, congruentiam invenio. Quam sinus mensuram apud Ps.-Scylacem prolatam 31 ...μικρῷ δὲ ἐλάττων ὁ Ἀνακτορικὸς κόλπος ἐστὶν ἀπὸ τοῦ στόματος ἕως εἰς τὸν μυχὸν σταδίων ρκ′ Hirschfeld RE II s. v. col. 1807 perperam longitudini totius sinus Ambracii tribuit, quia opinionem de sinu Anactorico pro Ambracio appellato (cf. Müller *GGM* I p. 35) amplecti videtur. Ps.-Scylax tamen aperte de sinu Anactorico verba facit, quem partem solum Ambracii esse patet. Verbis enim, quibus in sinu delineando utitur ἀπὸ τοῦ στόματος ἕως εἰς τὸν μυχόν parum commoveor, quia postea reliqua sinus Ambracii litora usque ad Argos Amphilochicum in 180 stadia colliguntur. Quae mensura cum 120 stadiis, quae Hirschfeld toti sinus Ambracii longitudini tribuit, componi non potest. Ex his igitur luculenter evincitur 120 stadiis solum longitudinem sinus Anactorici computatam esse. Universi autem sinus Ambracii longitudo a Ps.-Scylace tradita ut colligatur, reliquae sinus litorum partes adiciendae sunt: Molossorum orae 40 stad. (παράπλους δ' ἐστὶ τῆς Μολοττίας χώρας σταδίων μ′), Ambraciae 120 stad. (παράπλους δὲ τῆς Ἀμβρακίας σταδίων ρκ′), qui numerus etiam a Dionysio Calliph. 44 *GGM* I 239 M. confirmatur. Quibus si 120 stadia sinus Anactorici adieceris, 280 stadiorum numerum explebis, quem cum longitudine sinus Ambracii a Polybio et Plinio computata facili modo conferas [24].

Nunc filum peripli, quo mensura sinus profertur, accuratius intueamur. Ab Acrocerauniis in meridiem versus descriptio descendere videtur; at inverso ordine Buthrotum post Thyamim flumen ac si periplus septentriones versus procederet recensetur. Post coloniam Buthroti appellatam denuo saltu in meridiem facto infertur cum mensuris sinus Ambracius, in quem Acheron flumen delabi narratur: *n. h.* IV 4 *in eum* (sinum Ambracium)

[24] Strabonis sinus Ambracii circuitus qui a Strabone traditur VII 325 ὁ δὲ κύκλος (Ambracii sinus) τριακοσίων σταδίων, ἐλλίμενος δὲ πᾶς (cf. *GGM* II 576 M.) aperte cum Polybiano congruit hoc solum intercedente discrimine, quod a Strabone ad circuitum, a Polybio autem ad longitudinem trecenta stadia relata esse legimus. Quod sinus Ambracii ora valde dilaniata multis minoribus sinibus abundat, circuitus numerum nimis exiguum esse iudico et ob eam rem mensuram longitudinis a Strabone perperam ad circuitum relatam esse conicio.

defertur amnis Acheron, e lacu Thesprotiae Acherusia profluens XXXV m. passuum inde et mille pedum ponte mirabilis omnia sua mirantibus (cf. Mart. Capella VI 651). Hunc Plinii errorem [25] ex diversis ab eo adhibitis fontibus ortum esse credo. Amplam de Acheronte notitiam separate ex fonte, ut videtur, Graeco excerptam eis, quae iam alio ex fonte composita erant, secunda manu inculcatam et cum praecedentibus parum feliciter coniunctam esse opinor. Ipsa tamen Acherontis fluminis in periplo mentio post sinum Ambracium relata descriptionis inverso ordine conditae indicia ostendit. In septentrionibus enim a sinu Ambracio situs post eum recensetur. In mensura autem sinus tradenda notitias ex diverso fonte haustas cum descriptione in unum conflatas esse iudico.

Mentione autem sinus Ambracii victoria Actiaca clari ad recentiorem auctorem a quo Polybianae vel eiusdem originis mensurae respiciebantur deferimur [26]. Mensuras Polybii ex itinerariis computatas esse constat et eodem modo Agrippam in mensuris componendis itinerariis usum esse compertum habemus (Klotz l. l. p. 464). In Agrippae tabula geographica, in qua Agrippae proprio metiendi more peculiari ratione longitudo et latitudo respiciebantur (Klotz, Klio 1931 p. 44 ss), quin sinus Ambracius Augusti rebus gestis celebratus peculiari cura sit tractatus dubitarit nemo. Quae cum ita sint sinus Ambracii mensuram ex Agrippae penu depromptam esse contendo.

Mensura sinus Corinthiaci, quo pars Peloponnesi ad septentriones versa adluitur, inde a Leucade et a Patris usque ad Isthmum longitudine computata paulo abruptius in calce descriptionis Corinthi apponitur: *n. h.* IV 11 *Patrae, colonia in longissimo promunturio Peloponnesi condita ex adverso Aetoliae et flumnis Eueni minus M p., ut dictum est, intervallo in ipsis faucibus, sinum Corinthiacum LXXV m. p. in longitudinem usque ad Isthmon transmittunt.* Uno solo enuntiato parum perspicuo sensuque admodum perplexo atque spisso Patris prolatis

---

[25] Ps.-Scyl. 30, Thucyd. I 46, Strab. VII 324, Liv. VIII 24, cf. Treidler l. l. p. 113, Kiepert, *FOA* tab. XV.

[26] Propter sinus Ambracii elogium Varronem, quamquam quaedam Polybiana Varrone intercedente Plinio innotuerunt (Klotz, *Quaestiones* p. 39 ss, Münzer, *Beiträge z. Quellenkritik d. Naturgesch. d. Plin.* p. 152), hoc loco explodendum puto.

fines et sinus mensura recensentur, in quibus diversa proprio Marte conflata ac propria consuetudine dicendi obscurata esse statim primo obtutu patet.

Sinui solum Corinthiaco intenti mensuram faucium, quae ad Rhion sunt, postea explicaturi, nunc omittamus. Longitudo sinus terminorum eius cura parum habita a Patris computatur, quamquam a geographis in Araxo promunturio et fluminis Eueni ostiis fines eius statuuntur: Strab VIII 335 ἡ μὲν Ἠλεία πρὸς ἄρκτον ἐπιστρέφουσα καὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου μέχρι ἄκρας Ἀράξου... ὁ δὲ Κορινθιακὸς κόλπος ἄρχεται μὲν ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Εὐήνου (τινὲς δέ φασιν τοῦ Ἀχελῴου τοῦ ὁρίζοντος Ἀκαρνᾶνας καὶ τοὺς Αἰτωλούς) καὶ τοῦ Ἀράξου, Agathem. 5, 24 (*GGM II* 485) ...ἄκρον Ἄραξος ἀντιπρόσωπον Ἀκαρνανίᾳ· μεθ' ὃν ὁ Κορινθιακὸς ἀναχεῖται κόλπος ζ' σταδίων συγκλειόμενος στόμασι κατὰ τὸ Ῥίον ἄκρον (cf. Ptolem. III 14, 25), B ü r c h n e r RE XI col. 1398 s. v. Tabulam tamen geographicam intuentes sinum Corinthiacum ab Eueno flumine Araxoque promunturio usque ad Rhium et inde a Rhio ad Isthmum in duas partes natura divisum esse cognoscimus, K i e p e r t, *FOA* tab. XIII. Quam divisionem Plinius probare videtur; *n. h.* IV 6 enim ostia sinus in Rhio promunturio collocavit, nostro loco autem a Patris ad Rhium sitis mensuram sinus computavit. Ex Plinii loco IV 6, ubi in p e r i p l o delineando aperte sinus Corinthiacus promunturio Antirrhio terminatus a sinu m e d i t e r r a n e o extra promunturia diffuso prorsus distinguitur, et e l. IV 11 locutione, qua mensura a Leucade Patras ad Corinthiacum sinum profertur, patet, cur mensura sinus Corinthiaci a Patris computata sit. Ex peripli enim ratione fines eius in promunturio Rhio ponuntur. Sed in mensuris tradendis diversae opinionis indicia conspicio, quia in Eueni fluminis et longissimi promunturii mentione, terminorum sinus, qui a Strabone et Agathemero appellantur, vestigia latere suspicor, quae Patris nominatis a Plinio oblitterata esse arbitror. Eueni fluminis mentionem Strabonis testimonio comparato deberi ei opinioni, secundum quam sinus hoc flumine circumscriptus erat, pro certo habeo. Promunturium autem idque longissimum in Patrarum regione positum solum ad Rhion referri potest. Cui tamen sententiae, quamquam hoc promunturium non procul (V m. p. *n. h.* IV 13) a Patris abest, minime adsentior. A Plinio enim, cum in Patrarum descriptione hoc promunturium ei innotuisset et in sinus Corinthiaci terminis exponendis iterum pro-

munturium Araxum apparuisset, duo haec promunturia in unum conflata esse opinor. Quae cum ita sint, in hoc promunturio longissimo non Rhion, sed propter Eueni mentionem Araxum promunturium quo sinus largioribus finibus circumscribebatur, latere fateor. Cuius promunturii rationem hoc modo explanandam esse iudico: de Araxo cogitandum est, quia ad occidentem spectat, et in eius regione Dyme collocata recte δυσμικωτάτη (Strab. VIII 388 i. e. longissime in occidentem provecta) appellari poterat. Praeterea apud Melam Patrae una cum promunturiis Chelonate et Araxo proferuntur II 52... *Patrae oram illam tenent in quam Chelonates et Araxos excurrunt.* Longissimum igitur promunturium Araxum in Dymes regione situm in Patrarum dicione fuisse autumo, quod testimonio Pausaniae dilucide confirmatur VII 17 ...Αὔγουστος δὲ ὕστερον καὶ προσένειμεν αὐτὴν (Dymen) Πατρεῦσιν (cf. comm. Hitzigii-Bluemneri ad l. l.). Vestigia largiorum sinus Corinthiaci finium etiam in locutione *Patrae... ipsis faucibus sinum Corinthiacum... transmittunt* conspicio. Inde a Patris extra Rhion sitis sinus faucibus, in quibus non initium i. e. ostia, sed quaedam litorum in medio sinu coartatio statuitur, transmittitur. Quibus hoc modo explicatis sinum Corinthiacum fonte Pliniano ita rato iam in Patrarum regione atque ultra Rhium diffundi probabilis est coniectura. Iterum latentem latiorum sinus Corinthiaci terminorum memoriam ex Plinii perplexa sententia eruimus.

Ex his, quae protuli, duas sententias, quarum altera sinus Corinthiacus Rhio, altera Eueno et promunturio sc. Araxo circumscribebatur, a Plinio contaminatas esse elucet.

Mensuram autem ut explanem, Plinium *n. h.* II 244, ubi Artemidori mensura traditur, et Agathemerum 4, 17 *GGM* II 477 in comparationem voco. *N. h.* II 244 in longitudine universae terrae habitabilis Artemidoro auctore computanda leguntur haec: *inde* (ab Isthmo) *terra et Corinthio sinu Patras Peloponnesi XC m. p.*,[27] quae cum Agathemeri computatione consentiunt, apud quem item ab Isthmo sc. eo incluso ad Patras 720 stadia i. e. XC m. p. colliguntur: ἀπ' Ἰσθμοῦ διὰ Κορινθίου κόλπου εἰς Πάτρας στάδια ψκ'. Plinii igitur numerus a Patris ad Isthmum sc. eo seposito in LXXXV m. p. computatus, V m. p.

[27] Lectio, qua mensura Artemidorea ex Agathemero Plinioque IV 11 exprimitur, ab Harduino, Silligio, Mayhoffio, Detlefseno probantibus restituta est.

Isthmi additis arctissime cum Artemidoro *n. h.* II 244 laudato et ab Agathemero expilato congruit [28]. Artemidorea igitur inverso solum ordine prolata in mensura sinus Corinthiaci Pliniana insunt. Quae de Eueno et promunturio, in quo Araxum suspicatus sum, protuli Artemidoreis adnumeraverim mensura ab Isthmo ad Araxum ab Artemidoro (Strab. VIII 388) computata nixus. Haec omnia coloniae Patrarum mentione et mensura ab eis computata a Plinio solum obscurata, sed non omnino obruta videmus.

Quibus mensuram a Leucade Patras, quae ap. Plinium II 244 Artemidoro auctore in LXXXVII et dimid. m. p. i. e. 700 stadia et apud Agathemerum l. l. ἐπὶ Λευκάδα στάδια ψ' item in 700 stadia computatur, velim adicias. Eam cum nostro loco congruere patet. Libro enim *n. h.* II 244 LXXXVII et dimid. m.p.i.e. 700 stadiis prolatis accurata computatio efficitur, IV 11 numerum paulo neglegentius computatum, cum 704 stadia eveniant, deprehendimus. His absolutis Artemidoreos numeros a Plinio iunctim positos esse nunc manifestum est.

Ut sinum Corinthiacum omni ex parte absolvam, de latitudine faucium eius quas Plinius promunturiis Rhio Achaiae et Antirrhio Aetoliae coercet pauca addam. Cum diversis Graeciae regionibus promunturia pertineant, tribus locis commemorantur: in Actoliae descriptione IV 6 [29], deinde in mensura, quam supra

[28] G. M. Columba, *Gli studi geografici nel I secolo dell' Impero Romano, Ricerche su Strabone, Mela e Plinio*, P. I *Le dimensioni della terra abitata*, Panorm. 1893 p. 104 s. (cf. Müller, *GGM* II pp XLII. 520. R. Stiehle, *Der Geograph Artemidor von Ephesos*, Philol. 1856 pp 193—244).

Latitudinem Isthmi a Plinio in V m. p. computatam (cf. Martian. Cap. VI 652) e stadiorum calculo manavisse aliis geographis (Ps.-Scyl. 40, Strab. VIII 354—5, Agathem. 5,24 *GGM* I 484 M., Eustath. *Comment. in Dion. Perieg.* 403) in comparationem vocatis (Fowler, *CORINTH. Results of the excavat. of Amer. School at Athens*, 1932 I p. 56), qui 40 stadia, numerum in 8 accurate dividuum, Isthmo tribuunt, luculentissime patet. Quae mensura quin Artemidoro debeatur, quia a Strabone et Agathemero Artemidori asseclis commendatur, dubitaverit nemo. Diversus autem numerus (4 m. p.) a Mela II 37, 48 relatus et a Solino 7, 15 censura quasi notitiae Plinianae peracta repetitus diversum fontem (fort. Varronem) coarguit.

[29] IV 6 *at in ora promunturium Antirrhium, ubi ostium Corinthiaci sinus minus M p. latitudine influentis Aetolosque dirimentis a Peloponneso, promunturium quod contra procedit appellatur Rhion.*

explicavi, sinus Corinthiaci, tum in periplo Achaiae IV 13. Latitudo ostii, quod IV 11 *fauces*, finibus latius provectis, eodem modo atque apud Livium XXVIII 7 nuncupatur, minus M p. computata cum numero Agathemeri consentit 5, 24 ...ὁ Κορινθιακὸς ἀναχεῖται κόλπος ζ′ σταδίων συγκλειόμενος στόματι τὸ κατὰ τὸ Ῥίον ἄκρον[30]. Numero, qui cum Agathemero congruit, ad geographum, cuius auctoritas apud Plinium et Agathemerum plurimum valuit, Artemidorum reicimur.

Nunc omnia, quae de sinu Corinthio protulimus, breviter complectamur. Post Corinthi descriptionem mensura inopinate affertur. In finibus sinus statuendis a periplo differt, quia in eo sinus Rhio promunturio circumscribitur, in mensurae autem enarratione memoria amplioris sinus apparet. Praeterea indicium ordinis inversi etiam in hac mensura obvenit, quia a Leucade et a Patris Isthmum versus computatur, quamquam litorum Achaiae descriptio ex oriente in occidentem versus progreditur. In eo autem quod Patrae colonia appellantur vestigia recentioris notae exhibentur; quod ad mensuram attinet, quamquam numeri ordine inverso computantur, eam Artemidoream esse procul dubio est. In universum sinus Corinthiaci descriptionem atque eius mensuram diversae indolis quam reliqua esse iam primo obtutu patet; nunc eis quae protuli hanc descriptionem mensuris ornatam ex diverso Artemidoreae indolis fonte a Plinio in textum insertam esse satis superque demonstravi.

Mensuras sinus Messeniaci et Laconici ut una a Plinio proferuntur, ita simul tractandas esse statuo. Messeniaci sinus mensura in calce Messeniae descriptionis adicitur *n. h.* IV 15 *huius sinus circuitus LXXX m. p., traiectus vero XXX m. p.*, Laconici autem sinus spatia initio Laconiae enarrationis proponuntur *n. h.* IV 16 *sinus circuitu CVI m. p., traiectu XXXVIII m. p.* Ad Strabonem iterum recurrimus, apud quem utriusque sinus mensurae occurrunt VIII 362 ὁ δὲ πᾶς πα-

[30] Cf. Thucyd. II 86. A Ps.-Scylace 35 stadiis X, a Strabone VIII 335 stadiis V redditur, v. Woodhouse, *Aetolia* p. 323 *the two points approach each other so closely as to reduce the entrance to a width estimated by ancient writers at from five to ten stades. It is in reality a little over a mile*, cf. Leak. *Morea* II 148. Bölte RE II 1 col. 845 s. v. *Rhion* latidudinem freti testimonio Ps.-Scylacis probato 1.9 chiliometrorum esse aestimavit.

ράπλους δ Μεσσηνιακὸς στάδιοι ὀκτακόσιοι που κατακολπίζοντι... δ Λακωνικὸς (κόλπος) μεταξὺ Ταινάρου καὶ Μαλεῶν... εἰς δὲ Μαλέας πρὸς ἕω ἑξακόσιοι ἑβδομήκοντα κατακολπίζοντι, ubi mensura traiectus omnino omissa circuitus solum sinuum affertur. Ex Plinii mensuris in stadia redactis, ex quibus in Messeniacum sinum 640 stadia, in Laconicum 848 stadia cadunt, eisque cum Strabone comparatis mensuras sinuum a Plinio permutatas esse elucet (cf. E. Meyer, RE 37 s. v. *Peloponnesos* col. 386—7). Quae Messeniaco debetur (ca 800 stadia sec. Strabonem) per errorem Laconico tribuitur et Laconici sinus mensura (670 stadia sec. Strabonem) Messenio adscribitur. His igitur evincitur non ex continuo periplo has mensuras haustas esse; hoc solo adhibito certe Plinius errorem effugisset. Mensuras tamen separata ratione excerptas descriptioni indole Homerica et fabulosis tinctae adiectas esse opinor.

Tum numeros ipsos intueamur: paulo eos diversos esse a Strabonianis quae Artemidoro debentur, (Vogel, *Jahresberichte, Strabon*, Philol. 1882 p. 523) conspicimus. In omnibus traiectus (διάρμα), qui Artemidoro κατακολπίζοντι et μὴ κατακολπίζοντι alienus fuit, a Plinio peculiari modo respicitur.

Quod mensurae sinus Laconici Messenio et invicem Messenii Laconico tribuuntur, iterum signum mutati ordinis invenio. Numeri autem ab Artemidoreis diversi a quodam recentiore, de Isidoro cogito, correcti esse videntur; in calce descriptionis Messeniae et initio Laconiae propositae cum agro liberae gentis Laconico, qua designatione recentior mensurae origo aperte coarguitur, iungendae sunt et ab indole descriptionis Messeniae et Laconiae poeticis ac fabulosis praecipueque Homericis refertae manifeste discrepant. Cum autem etiam turbato ordine prodeant eas alio ex fonte atque regionum reliquam descriptionem originem ducere necesse est statuamus.

Nunc sinum Cyparissium adiungam eumque paucis absolvam. In periplo Pliniano in meridiem a Platamode promunturio collocatum[31], cum a Strabone tam notitiis Artemidoreis scatenti omnino taceatur, a Mela autem et in Tabula Peutingeriana respiciatur, utrum Artemidoreis an recentiori

[31] *n. h.* IV 14...*promunturium Platamodes. omnia haec ad occasum versa, ad meridiem autem Cyparissius sinus cum urbe Cyparisso LXXV m. p. circuitu.*

cuidam fonti adscribam, valde haereo. De finibus eius, qui apud Melam II 50 in promunturiis, quae Ichthys et Acritas sunt, statuuntur eidemque ab Agathemero nomine tamen sinus omisso laudantur, apud Plinium altum obtinet silentium.

Ad mensuram explicandam nullum auctorem in comparationem advocare possum, quamquam a Strabone varii litorum Peloponnesi ad occasum spectantis tractus computantur. Passibus in stadia commutatis summa 600 stadiorum numero octo accurate dividua efficitur. Quod sinus situs Artemidoro [32] debetur et mensura ex Graeca computata esse videtur, omnia fonti, in quo Artemidorea tractabantur, adscribo eumque recentiorem, siquidem nomen sinus in Tabula Peutingeriana occurrit, fuisse opinor.

Ut in supra enarratis sinibus ita in hoc inversi ordinis vestigium conspicitur, quando sinus Cyparissius post Platamodem promunturium recensetur.

Priusquam ad ipsam sinus Argolici mensuram excutiendam veniam, intricatam de terminis sinuum, quibus Peloponnesi litus ad orientem versum coercetur, quaestionem obiter percurram. Inferior pars, sinus Argolicus dicta, inde a Malea usque ad Scyllaeum promunturium litora amplectitur; superiore parte a Scyllaeo ad Epidauri confinia sinus Hermionicus extenditur, quem denique sinus Saronicus excipit (cf. Kiepert *FOA* tab. XIII). Qui quidem sinus quomodo inter se distinguendi sint, cum de Scyllaeo promunturio inter viros doctos acerrime ambigatur et sinus Hermionici et Saronici fines dubio obnoxii sint, totam quaestionem, quando de mensuris res est, paucis absolvendam esse duco.

Peripli Argolici tractu accuratius examinato Hermionem post promunturium Scyllaeum nominatam invenimus: *n. h.* IV 18 *...a Scyllaeo ad Isthmum LXXX m. p. oppida Hermione, Troezen...* Hermione appellata ad quaestionem de Scyllaei promunturii situ, quo sinus Argolicus circumscribitur, deferimur. Tabulam geographicam si inspexeris, Hermionem ante hoc

[32] Sinus Cyparisii situm, a Plinio Artemidoro auctore, qui Apollodorum parum hac in re quidem intellexisset, post Platamodem promunturium collocatum in dissertatione q. i. *De Apollodoreis in Pliniana Graeciae descriptione* (*n. h. IV 1—32*) *obviis* brevi publici iuris facienda, plurimis explicavi.

promunturium, cuius de situ acerrima inter viros doctos contentio fit [33], collocatam invenies. Plinianam tamen Hermiones collocationem aliis in comparationem auctoribus adscitis mox in apertum educam. In periplo enim Strabonis Artemidoreo (VIII 373 ...τὸ δὲ Σκύλλαιον τὸ ἐν Ἑρμιόνῃ) Scyllaeum in regione Hermiones situm nominatur, quod alia item Artemidorea notitia probatur: X 484 τοῦ Ἑρμιονικοῦ ἀκρωτηρίου τοῦ Σκυλλαίου, cf. Eustath. *Comment. in Dion. Perieg.* 420 *GGM* II 295 ἀπὸ δὲ τῆς τοιαύτης Σκύλλης καὶ Σκύλλαιον ἔτι νῦν καλεῖται τόπος ἐν Ἑρμιόνῃ τῇ κατὰ Πελοπόννησον. Promunturium Scyllaeum terminum sinus Argolici esse a Plinio et aliis geographis traditur. Ab ipso tamen Strabone divisio in sinus parum clare exponitur: VIII 368 μετὰ δὲ Μαλέας ὁ Ἀργολικὸς ἐκδέχεται κόλπος καὶ ὁ Ἑρμιονικός, ὁ μὲν μέχρι τοῦ Σκυλλαίου πλέοντι ὡς πρὸς ἕω βλέπων καὶ πρὸς τὰς Κυκλάδας, ὁ δὲ ἑωθινώτερος τούτου μέχρι πρὸς Αἴγιναν καὶ τὴν Ἐπίδαυρίαν. Sinus Argolicus expressis verbis Scyllaeo promunturio circumscribitur, Hermionicus autem usque ad Epidauri confinia et Aeginam extenditur. Quibus diligenter examinatis Strabonem hodiernum promunturium *Skyli*, ubi nunc Scyllaeum collocatur, omnino ignorasse et hoc promunturium ante Hermionem i. e. in hodierno *Cheli* posuisse paret. Scyllaeo enim in hodierno *Skyli* collocato sinum Hermionicum iam sinui Argolico inclusum at non Scyllaeo disterminatum habes. In periplo VIII 369 sinus Hermionicus Scyllaeo iam scilicet praetervecto describitur et oppida Hermione et Troezen enumerantur, post quae insula Calauria nominata sinus Saronicus sequitur. Ab auctore peripli Straboniani, Artemidorum dico, Hermionem post promunturium Scyl-

[33] Ex Scyllaei promunturii situ pendere cur Hermione aut in occidentem, i. e. ante Scyllaeum promunturium, aut in orientem versus, i. e. post hoc promunturium a geographis collocari videatur, mox aperietur. Müllerus *GGM* II 484—5, Ptolem. III 14, 33 doctissimis argumentis ex geographia antiqua petitis duo eiusdem nominis promunturia, alterum ad antiquam Halicen (hod. *Cheli*) ante Hermionem, alterum, ubi nunc promunturium *Skyli* ponitur, post Hermionem situm exstitisse statuit. Alii viri docti varie testimonia enodaverunt, cf. H. G. Lolling, *Der hermioneische Archipel*, Athen. Mitteil. 1879 p. 107 ss, *Hellenische Landeskunde* p. 163 et omnes qui Pausaniae II 34 admodum obscurae insularum ad Hermionem sitarum enumerationi operam dederunt (Frazer III 293 ss, Hitzig-Bluemner I 643 ss).

laeum collocatam esse ex his, quae protuli, elucet[34]. Bölte (RE VII s. v. *Haliussa* col. 2272, VIII s. v. *Hermion* col. 835 s.) recte, ut mihi quidem videtur, antiquis temporibus periplos exstitisse coniecit, in quibus Hermione post promunturium Scyllaeum sita sit[35]. Simili modo apud Melam II 50 Hermione inter oppida, quae *inter Isthmum et Scyllaeum* sunt, recensetur. Quae finibus inter Hermionem et Troezenem varie promotis explicantur, cum certis temporum intervallis Scyllaeum Hermionae subditum esse videatur (cf. Bursian p. 86 adn. 3, Geyer RE II 3 s. v. *Skyllaion* col. 659)[36]. Apud Livium XXXI 44 *Scyllaeum agri Hermionici* in rebus, quae ca 200 a. a. Ch. n. geruntur, occurrit. Temporibus igitur peripli Artemidorei Scyllaeum regioni Hermionae adnumerabatur, quod cum a Plinio eodem modo referatur, periplum a Plinio adhibitum ut in his temporum cancellis collocemus impellimur. Ex periplo igitur a mensurarum fonte alieno Hermione apud Plinium post promunturium Scyllaeum, in cuius regione sita erat, nominatur eadem ratione atque Taenarum et eiusdem nominis promunturium et Boea ad promunturium Maleam sita in periplo Pliniano turbato ordine apparent. Itaque Plinium periplo, in quo Hermione post promunturium Scyllaeum collocata exstitisset,

[34] In Argolidis periegesi tamen VIII 373 post Hermionem pertractatam ad Scyllaeum Strabo pervenire videtur, eiusque aetium fabulosum enarrat. Hoc igitur loco Scyllaeum post Hermionem in hod. *Skyli* collocari videtur, ἐν Ἑρμιόνῃ tamen situm fuisse dicitur. Locum igitur quo enarratur ipsumque aetium periegeseos esse opinor. Quaestione topographica solummodo adumbrata qualis verus Scyllaei promunturii situs fuerit fontibus antiquis indagandis intentus enodare minime in animo habeo. Fabulae tamen ratione habita cum cadaver Scyllae in illo promunturio eiectum esse comperiamus promunturium Scyllaeum potius in hodierno *Skyli* ex adverso Nisaeae, Scyllae oppidi, sito posuerim (cf. *Stad. Mar. Magni* 273 *GGM* I 497).

[35] Diversus Hermiones situs, qui cum Scyllaei loco arctissime cohaeret, ex peripli cursu pendet et ex orae Argolicae, quae duobus promunturiis in mare excurrit, natura originem trahit. Quae promunturia parum accurate ab antiquis distincta esse video. E meridie in septentriones versus procedentibus promunturium, quod hod. *Cheli* est, occurrebat et in eo Scyllaeum ponebatur. Qui autem e septentrionibus in meridiem descendebant, promunturio hod. *Skyli* obviam venientes ibi Scyllaeum collocabant. Si igitur duo diversi Scyllaei situs respiciuntur, diversas descriptiones contaminatas esse necesse est coniciamus.

[36] Antiquioribus temporibus a Ps.-Scylace 51, quamquam Troezeniae tribuitur, in Hermiones regione descriptum legitur: Ἑρμιῶν πόλις ἐστὶ καὶ λι-

usum esse puto, quem periplum in tempora II a. Chr. n. saeculi cadere et Artemidori prae se notam ferre dixi. Opinione enim Plinii ex periplo deprompta Scyllaeum ante Hermionem i. e. in hodierno *Cheli* quaerendum est. Cum autem ex mensuris, de quibus infra, Scyllaeum in hod. *Skyli* collocandum esse efficiatur, diversis ex rivulis periplum et mensuras siquidem in Scyllaeo collocando inter se differunt, manavisse duco. Cum enim loca, quibus sinus incipiunt, saepius parum accurate cum oppidis connectantur et in mensuris tradendis cum oppidis ex periplo erutis confundantur, mensuras autem sinuum nullo interiore nexu cum peripli oppidis coniunctas esse videamus, periplum et mensuras diversis fontibus adscribo. Quomodo tamen factum sit quaeras ut Scyllaeum in sinus finibus terminandis sine dubio ex periplo appellatum taceatur in periplo, in mensura autem nominatum prodeat. Scyllaeum, quod IV 18 mensura instructum legitur ex periplo sine mensura desumptum esse opinor, secunda autem manu mensuram alio ex fonte adiectam esse ita, ut eidem Scyllaeo ex periplo noto mensura ab diverso Scyllaei situ, quod Plinium fugisset, computata subiungeretur. Diversos Scyllaei promunturii situs Plinius proprio Marte ita conflavit atque conglutinavit, ut difficillime iunctura detegi posset, quam nunc in Hermione post Scyllaeum nominata latere uberrimis argumentis probavi et mox in numeris excutiendis alia opinionis meae adminicula conferam.

In periplo enim rationem, cur Hermione post Scyllaeum promunturium appareret evolvimus idque fonte Plinii Artemidoreo, in quo Scyllaeum ante Hermionem i. e. in regione *Cheli* nominatum esset explicavimus. Nunc argumentis ex dimensionibus haustis videamus quo loco illud promunturium mensurarum auctor posuerit. A tractu posteriore, quo intervallum a Scyllaeo ad Isthmum computatur: IV 18 ...*a Scyllaeo ad Isthmum LXXX m. p.* initium facio. Quod spatium, cui a Plinio LXXX m. p. tribuuntur, in periplo Ps.-Scylacis eisdem finibus

μὴν ...μετὰ δὲ Ἑρμιόνα Σκύλλαιόν ἐστιν ἀκρωτήριον τοῦ κόλπου τοῦ πρὸς Ἰσθμόν ἔστι δὲ τὸ Σκύλλαιον τῆς Τροιζηνίας... 52 μετὰ δὲ Ἑρμιόνα Τροιζηνία πόλις καὶ λιμήν. Simili modo aetate imperatoria, quamquam fines agri Hermiones et Troezeniae ad templum Demetris Thermasiae, i. e. ab Hermione in orientem versus statuebantur (Paus. II 34, 6.12), Troezeniae adnumeratur et apud Ptolemaeum III 14, 33 post Hermionem et ante Troezenem recensetur.

circumscriptum 740 stadiorum esse legimus: 51... μετὰ δὲ Ἑρμιόνα Σκύλλαιόν ἐστιν ἀκρωτήριον τοῦ κόλπου τοῦ πρὸς ἰσθμόν... τούτου τοῦ κόλπου ἀπὸ τοῦ στόματος εἴσω εἰς τὸν ἰσθμὸν στάδιά ἐστι ψμ' (= 740). Si numeros Plinianos, cum numero q. e. octo accurate dividandur, ex computatione Graecorum stadiis facta ortos esse acceperis, Ps.-Scylacis numeri in 640 stadia (= χμ') sunt mutandi.

Fabricius νμ' i. e. 440 stadia scripsit; ψμ' e Lapico apud Müllerum exaratum legimus. Si tamen summam spatii, quod inter Scyllaeum et Isthmum est, e peculiaribus intervallis minoribus computaveris Troezeniae 330 stadia, Epidauro 30 stadia (sic codex), 260 Corinthiae usque ad Isthmum tributa invenies, quibus 620 stadia assequimur. Nullo igitur modo nisi textu mutato idque difficillime, ut ipse Müllerus testatur, numerus 740 stadiorum expleri potest. Quae cum ita sint, lectio χμ' = 640 stadia, quae ratione palaeographica egregie explicatur, optimis argumentis munitur.

Sed nos ad Plinium. Eius calculus, qui in chiliometra commutatus 118,4 eorum explebit, cum recentiore eiusdem spatii computatione a *Mediterranean Pilot* facta (RE XIX s. v. *Peloponnesos* col. 388), qua 124 chiliometra efficiuntur, optime convenit. A Ps.-Scylace et ab Anglo computandi initio a promunturio Scyllaeo, quod ab eis expressis verbis in hodierno *Skyli* collocatur, sumpto numeri eorum cum Pliniano numero congruunt. Itaque etiam auctorem mensurae Plinianae inde a Scyllaeo, item in hodierno *Skyli* posito, suum deduxisse numerum existimo.

Nunc ad ipsum sinum Argolicum transeamus: *n. h.* IV 17 *qui sequitur* (post Laconicum) *sinus ad Scyllaeum Argolicus appellatur, traiectu L m. p., idem ambitu CLXII m. p.* A Malea igitur usque ad Scyllaeum sinus Argolicus extenditur. Cuius circuitus in 162 m. p. (i. e. 239,7 chiliometra) computatus cum 239 chiliometris ab Anglo maris interni mensore huic sinui tributis (RE l. l.) miro modo congruit. Eisdem finibus, Malea et Scyllaeo promunturiis, sinus Argolicus a Mela II 3, Strabone l. l., Ptolemaeo III 14, 32—33, Agathemero V 24 mensuris tamen non additis comprehenditur; e quibus auctoribus efficitur finibus ex periplo tractis mensuras alio ex fonte adiectas esse. Ex numero Graeco plenius computato mensura Pliniana provenit, quia passibus in stadia commutatis 1296, pleniore autem

modo 1300 stadia efficiuntur. Ex his igitur mensuris, si quidem cum recentioribus, qui promunturium Scyllaeum in hodierno *Skyli* collocant, aperte faciunt, etiam mensurarum Plinii auctorem hoc promunturium ibi, ubi nunc *Skyli* est, posuisse conicien-dum est. Ex diversis fontibus mensuras atque periplum originem traxisse puto, quia in perîplo Scyllaei promunturii situm in hodierno *Cheli*, cum ante Hermionem nominatum prodeat, fi gendum esse ratiocinatione assequimur, e mensuris autem certus atque definitus, diversa tamen in regione, in hod. *Skyli* locus eius indicatur. Auctor peripli aliter atque mensurarum fons promunturium Scyllaeum collocavit. Quae cum ita sint, mensuras ex recentiore fonte periplo Artemidoreae indolis adiectas esse opinor quod iam in peripli lineamentis explicandis probavi [37].

Ex diverso Scyllaei promunturii situ diversos fontes conicio et mensuras alio ex fonte atque reliqua descriptionis adiectas esse contendo. Inversi ordinis vestigia, quae saepissime in mensuris sinuum proferendis apparent in Boea post Maleam promunturium nominata et in Hermione post Scyllaeum posita video.

Mensuris sinuum eorumque situ enarratis nunc quaestionem

---

[37] De Strabone pauca adicio. Mensura sinus Argolici a solo Plinio prolata (a Strabone VIII 368 enim totum spatium a Malea ad Schoenuntem ad Isthmum situm 1.800 stadiis computatur) numero, quo intervallum inter Scyllaeum et Isthmum apud Plinium exprimitur, aucta cum Strabonis numero componi quidem potest. Summa tamen Pliniana 242 m. p. (162+80 m. p.) i. e. 1936 stadiorum, quae, cum numero octo dividua prodeat, i. e. ex stadiorum Graeco computo orta sit, si admodum accuratam computationem reieceris, a Straboniana ut nimia differt. E. Meyer RE XIX col. 387 s. v. *Peloponnes*os Strabonis numerum ex Plinio potius in 1.900 stadia corrigendum esse putat, quia hoc modo circuitus Peloponnesi sinibus respectis a Strabone secundum Artemidorum 5.600 stadiorum factus 100 stadiis minor quam expectetur, expleri possit. Quamquam mensuras Peloponnesi Plinianas Isidoro tribuimus, Straboniana autem aperte Artemidoro debentur, utrum Strabo ex Plinio corrigendus sit necne, haereo, praesertim cum mensuras Artemidori ab Isidoro correctas esse admodum probabile sit. Si tamen Meyeri coniectura accipienda sit, ut Strabonis huius tractus calculis 100 stadia adiciantur, haec stadia fronti Argolidis tribuerim, quae *Acte* appellabatur, i. e. spatio, quod est inter Halicen i. e. hod. *Cheli*, ubi Scyllaeum peripli poni videtur et *Skyli*, ubi in mensuris Plinianis collocandum apparet; quod autem ex calculo excidissent, illa situs Scyllaei confusione explicaverim.

concludamus. Graecae originis esse omnes, siquidem in Graecia describenda versamur, ex eis quae protuli pro certo habendum est. Praeterea ubicumque sinus mensuris instructi inveniebantur, ibi inversi ordinis et recentioris notae indiciis descriptio turbabatur. Adde, quod eas mensuras tumultuaria opera in descriptionis contextum insertas esse luculenter demonstravimus. Detlefseni igitur opinionem o. c. p. 55, qui mensuras artissime cum descriptione Graeciae coniunctas esse iudicavit, eversam a me esse confido[38].

Si igitur mensurae alii atque periplus fonti adscribendae sunt, restat ut auctorem earum exquiramus. Varronem peripli Pliniani auctorem primarium fuisse viri docti[39] censuerunt et praecipue Klotz contrarii ordinis in descriptione obviis indiciis nisus, quia Varro ex oriente in occasum versus ferebatur (Klotz, *Quaest. geogr. Plin.* p. 124 ss, Reitzenstein o. c. p. 546), vestigia Varronis apud Plinium detegisse sibi visus est. De Varrone igitur in mensuris sinuum proferendis, si mutati ordinis indicia apparent, recte cogitari potest. Sed Plinius in universa Graeciae descriptione ac dispositione in paeninsulae modum sinum tertium circumscripsit, in quibus a Varrone defecisse videtur. Tum nonnulla sunt, quibus aperte impedimur, quominus sinus cum mensuris Varroni adscribamus. Notitiae enim in eis recentioris originis proferuntur, quae extra Varronis aetatem cadunt[40] et ob eam rem non ex Varronis libris Plinio eas innotuisse clarum est. Sinum Ambracium atque eius mensuram propter elogium victoriae Actiacae ad Agrippam rettuli. In sinu Corinthiaco colonia Patrae, quae pleno nomine

---

[38] Nonnullas solum in periegesi aut periplo allatas eis tribuendas esse iam supra dixi.

[39] Oemichen, *De M. Varrone et Isidoro Characeno C. Plinii in libris chorographicis auctoribus primariis* p. 399 ss, Reitzenstein, *Die geogr. Bücher Varros*, Herm. 1885 p. 514—552, Klotz o. c. passim, Detlefsen o. c. passim. De opere Varronis ex quo geographica Plinii manavisse putantur, ambigitur: *de Antiquitatibus rerum humanarum* libri VIII—XIII et *de ora maritima* liber praecipue memorantur, cf. Dahlmann, RE Suppl. VI s. v. col. 1230.

[40] Scripta Varronis, quibus doctrina geographica Plinio suppeditata esse creditur, longe ante principatum Augusti ponenda sunt (*rerum humanarum et divinarum* libri iam a. 45 a. Ch. n. a Cicerone celebrantur et ipse Varro a. 27 a. Ch. n. moritur).

colonia Iulia Aroe Patrensis appellabantur, post victoriam ad Actium reportatam ab Augusto deducta est (*CIL* III 95). Etiam *ager liberae gentis Laconicus* inde ab Augusti temporibus nomen traxit, qui a. a. Chr. n. 21 Spartam adiit atque societatem liberorum Laconiae incolarum τὸ κοινὸν Ἐλευθερολακώνων instituit (*IG* V 1 p. XVI Kolbe, Mommsen, *Röm. Gesch.* V 238 adn. 2). His igitur argumentis ex temporum ratione tractis Varronem ex Graeciae sinuum descriptionibus elidendum potius putaverim. Praeter haec ex Solino et Martiano Capella, apud quos intercedentibus aliis Varroniana inesse communis est opinio, argumenta depromo. Apud Solinum mensuris Isthmi 7, 15 et Scironiorum Saxorum 7, 16 allatis sinus et eorum mensurae silentio praetermittuntur. Apud Martianum Capellam solum Ambracius sinus isque sine mensura affertur, ceteri autem omnino omittuntur.

Quod ad mensuras, quibus sinus comprehenduntur, spectat, eas proxime ad Artemidorum accedere diximus, sed plerumque a quodam recentiore correctas esse observavimus. Mensuris Artemidori, quocum Agrippa fere nullo loco congruit[41], et inversi ordinis vestigiis, cum descriptionem eius ex occidente in orientem versus processisse compertum habeamus, iterum prohibemur, quominus mensurarum sinuum auctorem esse Agrippam statuamus.

Restat igitur Isidorus, quem Plinius in Peloponnesi mensura appellat: IV 9 *Peloponnesus, Apia antea appellata et Pelasgia, paeninsula haut ulli terrae nobilitate postferenda, inter duo maria Aegaeum et Ionium, platani folio similis propter angulosos recessus, circuitu DLXIII m. p. colligit auctore Isidoro; eadem per sinus paene tantundem adicit* (Mart. Cap. VI 652). Comparatione cum folio inter θρυλούμενα relegata Strabonem in comparationem voco: VIII 335... ἡ δὲ περίμετρος μὴ κατακολπίζοντι τετρακισχιλίων σταδίων, ὡς Πολύβιος, Ἀρτεμίδωρος δὲ καὶ τετρακοσίους προστίθησι· κατακολπίζοντι δὲ πλείους τῶν ἑξακοσίων ἐπὶ τοῖς πεντακισχιλίοις. Circuitus igitur Peloponnesi ap. Plinii auctorem Isidorum DLXIII m. p. i. e. 4.504 stadia comprehendit[42], quae

[41] Klotz, *Die geogr. commentarii d. Agrippa* p. 465.

[42] Omnes Peloponnesi circuitus mensuras a E. Meyero in RE XIX s. v. *Peloponnesos* col. 386 collectas invenies, quibus mensuram in Eustathii *comment. in Dion. Perieg.* 409 (*GGM* II 291) prolatam velim adicias.

mensura Isidorea accuratissime cum Anonymo congruit: ἡ δὲ Πελοπόννησος σταδίων ἐστὶ τετρακισχιλίων πεντακοσίων. *GGM* II 509. Artemidori numerus, quo circuitus 4.400 stadiorum esse statuitur, ab Isidoro diligentius computatus ac correctus esse videtur. Sinibus autem Peloponnesi respectis *paene tantundem* opinione Plinii adiciendum est. Cave ne hanc suspectam computationem Isidoro adscribas, quia nullo modo mensuris sinuum Peloponnesi subductis tam immensum numerum assequeris. Isidoro enim, a quo Artemidorum solum mensuris eius hic illic correctis expressum esse constat, Peloponnesi per sinus computationem simili modo atque eius circuitum Artemidoreo computo proximam fuisse pro certo habendum est. Is enim κατακολπίζων i. e. sinibus inclusis solum 5.600 stadia (= Agathem. 5,24 *GGM* II 484) ostendit, cum apud Plinium multo maior mensura ca 1000 m. p. (= 8.000 stadia) exspectatur.

In enuntiato: *eadem per sinus paene tantundem adicit* ipsius Plinii inanem adnotationem conspicio. Plinium enim, cui compertum fuisse credo omnium sinuum Peloponnesi oram legentibus multo maiorem circuitu mensuram colligi, admodum amplum, quem ex propriis excerptis parum felici Minerva eruit, computum exaggerata dicendi ratione proposuisse contendo. Ex mensuris enim sinuum Peloponnesi, qui apud eum leguntur excepto Corinthio secunda manu post alia demum, ut supra p. 140 s. dixi, ex Artemidoreo penu, tamen mea quidem opinione, quia Patrae nuncupantur, item Isidoro intercedente in descriptionem inculcato, 508 m. p. efficiuntur [43], quae proxime ad circuitus mensuram accedunt et recte *paene tantundem* valent. Plinius igitur circuitu ex Isidoro allato et summâ singulorum sinuum excepto Corinthio cognitâ inepta ratiocinatione ductus hos numeros

[43] Ex sinus Cyparissii 75 m. p. + sin. Messenii 80 m. p. + sin. Laconici 106 m. p. + sin. Argolici 162 m. p. + spatii, quod inter Scyllaeum et Isthmum est, 80 m. p. + Isthmi latitudinis 5 m. p. summa 508 m. p. colligitur. Ut totum autem Peloponnesi circuitum sinibus inclusis comprehendas, sinus Corinthiaci mensuram in 85 m. p. usque ad Patras computatam necesse est adicias, cui spatia a Plinio non computata, quae inter Patras et Ichthyn promunturium porriguntur, et fortasse spatium, quod post sinum Cyparissium usque ad Acritam promunturium extenditur, quia nimis exiguo numero Peloponnesi latus occidentale coerceri videtur, adicienda sunt. Quibus computatis mensura paulo maior Artemidorea evenit, sed numquam tanta, ut circuitus duplicari videatur.

coniunxisse videtur ita, ut numero circuitus summam sinuum adiecerit et hoc modo mensuram Peloponnesi per sinus factam *paene tantundem* ampliorem esse dixerit. Fugit eum bis eadem spatia ab eo computari.

Itaque Peloponnesi per sinus mensurationem, qua numeri nulla auctoritate probati fere duplicantur, ipsius Plinii ratiocinationi tribuendam esse duco.

Circuitu Peloponnesi ad Isidorum delato consentaneum erit sinuum mensuras, si argumenta conspirant, ad eundem auctorem referre. In Isidori enim mentione inversi ordinis vestigium deprehendo, quo ordine Aegaeum mare priore loco, altero Ionium nominantur. Quae cum ita sint, etiam alias sinuum Peloponnesi mensuras, quae cum periplo parum accurate congruunt, ex diverso fonte, quem Isidorum esse puto, in textum insertas esse concedendum est.

Notitiarum aetas optime ad Isidorum quadrat, qui temporibus Augusti viguit (Müller *GGM* I pp LXXX. 242, Oemichen p. 436, Weißbach, RE IX 2 s. v. col. 2065, Klotz, *Quaest.* p. 47, Detlefsen p. 54, 162 ss) et a Plinio *n. h.* VI 141 *terrarum situs recentissimus auctor* appellatur, *quem ad commentanda omnia in orientem* praemisit *divus Augustus ituro in Armeniam ad Parthicas Arabicasque res maiore filio...* Ad eum igitur cum Augusto, ut videtur, arctius coniunctum recentioris notae notitias refero[44]. Quod ad mensuras spectat, Isidorus saepissime cum Artemidoro profertur (Klotz p. 35) et quamquam ex eo pendet (Detlefsen l. l.), nonnumquam numeros Artemidoreis accuratiores et correctiores suppeditat et censuram Artemidori agere videtur. Sinus ab Artemidoro computatos esse apud Strabonem legimus. Mensurâ circuitus Peloponnesi initio descriptionis paeninsulae Isidoro auctore computatâ eum Peloponnesi sinuum mensuris, quorum auxilio circuitus comprehenditur, studuisse aperte evincitur. Plinius igitur auctorem, quem in Peloponnesi mensuris computandis sequitur ipso enarrationis aditu manifesto testimonio declaravit.

---

[44] Recentiores notitias, quia cum mensuris apparent atque arctius cum eis cohaerent, non ex *formulis provinciarum* vel Augusti oppidorum populorumque tabulis, ut Cuntzio, Schwedero, Detlefseno placuit, excerptas esse, sed ex Isidoro vel Agrippa mensurarum auctoribus Plinio innotuisse credo.

Nunc ad inversi ordinis quaestionem. quomodo cum Isidoro coniungi possit, accedamus. Quo enim ordine descriptio Isidori et mensurae processerint, ex fragmentis, quae apud Plinium solum conservata sunt, non satis claret nec adhuc in ea inquisitum est. Etiam Detlefsen, qui Isidorum firmioribus argumentis munivit, cursum eius descriptionis non tetigit. Qua a me perspecta Klotzii sententia de mutato apud Varronem descriptionis ordine admodum labefacta est. Cum in fragmentis a Müllero *GGM* I 255 s. et Oemicheno l. l. 437 ss collectis Isidorus solummodo in mensuris occurrit, eum mensuris priorum corrigendis operam dedisse et mensuras sinuum novis computationibus expressisse probabile est. Quamquam ex meris mensuris apud Plinium servatis fragmenta eius constant, eis tamen accuratius perpensis via, qua processerit, designari possit. Fragmento 21 M. ap. Plin. II 242 longitudo terrae ab ortu ad occasum, frg 24 M. ap. Plin. IV 121 longitudo Europae inde a Tanai usque ad Gades computatur. Idem ordo computationis, qui in orbis terrarum eiusve partium[45] adhibetur, in singularum regionum mensuris obvenit. Frg 26 M. ap. Plin. V 150 a Chalcedone ad Sigeum spatium exprimitur. Quoniam apud Isidorum nullum vestigium ex occasu in orientem versus metiendi invenitur et contrarii ordinis exempla depromuntur, Isidoream Europae delineationem vel potius dimensurationem ex oriente in occidentem directam esse coniciendum est. Quam descriptionis rationem cum Varronis periplo eodem modo instituto compono. Quae cum ita sint, omnia in Pliniana Graeciae descriptione mutati ordinis vestigia, quae Klotz ad Varronem rettulit, pari ratione Isidoro tribui possunt, quem Plinius in indicibus librorum II—V nominatum certe in descriptionis dispositione generali conformanda ad sinuum mensuras in usum vocavit.

Itaque Peloponnesi sinuum mensuras Isidoro tribuo easque in diversae indolis descriptionem inculcatas esse contendo. Detlefseni igitur sententia de Isidoro totius Graeciae descriptionis auctore in arctius redigenda est, quia Isidorum in mensu-

[45] In Africae descriptione ab occasu ad orientem mensura inter Tingim et Canopum, frg 25 M. ap. Plin V 40, a Tingi initio capto computatur. Hac re inversus in Europa describenda Isidori ordo multo etiam probabilior videtur.

ris solius Peloponnesi sinuum tradendis a Plinio adhibitum esse manifestis argumentis evicimus. Quae tamen Isidorea aliis fontibus accitis et ipsius Plinii perplexa compositione ita oblitterata sunt, ut vix perspici atque erui possint. Quamquam non sum nescius in tabula Agrippae, inter quem et Isidorum quendam nexum exstitisse (*n. h.* VI 141) suspicor, sinus atque eorum mensuras, ut in sinu Ambracio enarrando exposui, depictas esse et Plinio Miseni classis praefecto tabulas maritimas mensuris scilicet instructas in usu fuisse admodum probabile est, Peloponnesi tamen sinuum mensuras eis, quae protuli, permotus Isidoro potius adscribendas duco.

Vratislaviae.

ARSACE II

par

JOSEPH WOLSKI

Une des questions les plus discutées de l'histoire des premiers Arsacides est le problème de l'Arsacide, appelé par les uns Arsace II, par les autres Arsace III, par la plupart enfin Arsace Artaban. D'où proviennent ces divergences dans les opinions qui mettent en doute non seulement sa place dans la liste des rois parthes mais, ce qui paraît plus important, son nom même?

Le problème parthe, en raison de l'état de notre tradition gréco-latine [1], a toujours présenté et présente encore aujourd'hui de graves difficultés à résoudre et parmi ces difficultés une des principales est la question de la personnalité des premiers Arsacides. Partout on se heurte à des problèmes qu'on a abordés déjà tant de fois mais dont la solution est bien loin d'être définitive et acceptée par tous. C'est précisément le cas de l'Arsacide qui en 210/9 était en guerre avec le Séleucide Antiochos III.

Une courte phrase consacrée à ce personnage par Trôgue Pompée, dans l'extrait de Justin (XLI 5,7) et un fragment de Polybe (X 27—31) concernant l'expédition d'Antiochos III contre les Parthes, voilà tout ce dont nous disposons. Cela ne donnerait pas, semble-t-il, un vaste champ à la discussion, d'autant plus que les deux sources s'accordent pour donner à cet Arsacide le nom d'Arsace. Au premier abord la question paraîtrait claire et l'accord parfait de Trôgue et de Polybe ne laisserait aucun doute que cet Arsacide se nomme Arsace.

Mais ici surgit une grave difficulté. Nos sources antiques soulignent avec unanimité unique dans l'histoire des Arsacides que les Parthes pour honorer Arsace I-er, fondateur du royaume et de la dynastie changèrent son nom en titre honorifique [2] et

---

[1] J'ai soumis à une analyse approfondie l'état de notre tradition pour l'histoire des premiers Arsacides dans mon travail *Arsaces I, założyciel państwa partyjskiego* (Arsace I, le fondateur de l'état parthe), Eos 38, 1937 pp 492—513 et 39, 1938 pp 244—266, ce qui me dispense de traiter cette question encore une fois.

[2] Just. XLI 5, 5—6 *Sic Arsaces... non minus memorabilis Parthis quam Persis Cyrus, Macedonibus Alexander, Romanis Romulus... decedit, cuius*

le conférèrent à tous ses rois de façon que tous les monarques parthes portaient dès lors deux noms le leur propre et celui d'Arsace [3].

En vertu de cette loi que nous voyons strictement observée jusqu'à la fin de la monarchie parthe [4] la tradition concernant l'Arsacide en question paraît en contradiction à la réalité des faits et inadmissible. Il serait à vrai dire bien étonnant que seul cet Arsacide n'ait pas eu de nom propre [5]. Si l'on admettait que le nom propre de cet Arsace fut omis par Justin, la difficulté, pour la moitié du moins, serait expliquée. Mais comment suppléer à l'absence du nom propre? Où le chercher, faute d'indications chez Justin et Polybe?

Ce fut Vaillant [6] qui il y a déjà deux cent ans énonça l'hypothèse communément admise jusqu'à nos jours et encore aujourd'hui partagée par la plupart des modernes [7].

Le nom propre d'Arsace doit être cherché chez Trôgue Pompée dans le prologue du livre 41-ème. Nous y lisons dans la teneur transmise par les manuscrits: *In Parthicis ut est constitutum imperium per Arsacem regem. Successores deinde eius Artabanus et Tigranes cognomine Deus a quo subacta est Media et Mesopotamia. Dictusque in excessu Arabiae situs. In Bactrianis autem* etc. Vaillant a cru trouver en Artaban le nom propre de l'Arsacide en question, omis par négligence par Justin, qui du reste donne les noms propres de tous les rois parthes.

---

memoriae hunc honorem Parthi tribuerunt, ut omnes exinde reges suos Arsacis nomine nuncupent. Cf. mon travail *Arsace I,* Eos 39 p. 244, 72, où je rassemble tous les autres témoignages.

[3] Cf. Strab. XV 702: Ἀρσάκαι γὰρ καλοῦνται πάντες, ἰδίᾳ δὲ ὁ μὲν Ὀρώδης ὁ δὲ Φραάτης ὁ δ' ἄλλο τι.

[4] On le voit mieux dans les légendes des monnaies. Cf. A. v. Petrowicz, *Arsaciden-Münzen,* Wien 1905.

[5] On a depuis Vaillant, *Arsacidarum imperium* etc. Parisiis 1728, p. 21, considéré dans ce cas l'Arsace comme titre honorifique.

[6] l. c.

[7] Pour ne citer de la littérature innombrable, mais aujourd'hui en grande partie surannée, que les ouvrages les plus récents (jusqu'à 1888): J. Saint-Martin, *Fragments d'une histoire des Arsacides I,* Paris 1850 p. 320, J. H. Schneidewirth, *Die Parther nach griechisch-römischen Quellen,* Progr. Heiligenstadt 1873 p. 10, F. Spiegel, *Eranische Altertumskunde III,* Leipzig 1873 p. 76.

Mais ici, nouvelle difficulté. Artaban paraît associé à Tigrane, fameux roi d'Arménie qui vivait au premier siècle et n'était pas Arsacide. Pour écarter cette objection Vaillant se crut en droit de corriger Tigranes en Mithridates, correction admise et approuvée par tous les savants, parce que les faits attribués par Trôgue à Tigrane, semblaient se rapporter aussi à Mithridate I, grand conquérant parthe.

L'hypothèse de Vaillant trouva une approbation prompte et générale et régna dans la science d'une manière incontestable plus d'un siècle et demi. Ce n'est qu'à la fin du siècle précédent que le savant allemand A. V. Gutschmid[8] opposa à la thèse de Vaillant la sienne propre, appuyée sur une toute autre interprétation des sources. La voilà.

Il n'y a point de raison de rejeter la tradition de Justin et de Polybe, si explicite dans cette matière. La correction de Vaillant est dénuée de toute valeur comme inadmissible tant de point de vue de la paléographie que de l'histoire. Trôgue Pompée parle en réalité de Tigrane d'Arménie, qui porta le surnom de Dieu et ayant conquis la Médie et la Mésopotamie usurpa le titre du roi des rois, appartenant jusque là aux rois parthes; c'est pourquoi on put le compter parmi les successeurs d'Arsace. Mais dans ce cas il faut transporter le passage *Successores deinde* jusqu'à *Arabiae situs* du prologue du livre 41-ème où il n'a aucun sens, dans le prologue du livre suivant, c'est à dire 42-ème; il est tombé de là en conséquence d'un homoeotéleuton *Armeniae situs — Arabiae situs* et ensuite il a été mal replacé dans le prologue du livre précédent. Artaban fut sans doute un des successeurs de Mithridate II, dont on n'a pas su jusqu'ici le nom propre[9], qui vaincu par Tigrane dut lui céder le titre du roi des rois. Gutschmid ayant de cette façon écarté l'hypothèse de Vaillant s'appuya uniquement sur Justin et Polybe et c'est d'après eux qu'il donna à Arsacide en question le nom

---

[8] *Geschichte Irans u. seiner Nachbarländer,* Tübingen 1888 p. 81, 1 et *Comm. crit. in Prol. Trogi Pompei* p. LXI, dans l'édition de Justin par Ruehl, Lipsiae 1907.

[9] Gutschmid l. c. lui attribua les monnaies qui portent la légende: Ἀρσάκου Εὐεργέτου Ἐπιφανοῦς Φιλέλληνος. Cf. F. Cauer, *Artabanos* nr 6 Pauly-Wissowa R. E. II col. 1292 s.

d'Arsace II [10]. L'hypothèse de Gutschmid provoqua aussitôt une vive discussion et trouva autant de partisants chaleureux que d'adversaires obstinés. La réputation de meilleur connaisseur des antiquités parthes faisait accepter sa thèse par beaucoup de savants [11], certains pourtant avec une modification [12].

D'autre part l'hypothèse de Vaillant trouva, elle aussi, des défenseurs non moins considérables [13]. Minns [14] qui a récemment soumis toute la question à une analyse soigneuse, s'est prononcé décidément en faveur de l'hypothèse de Vaillant. Bien qu'il n'apporte aucun argument nouveau, il juge moins difficile d'accepter la correction de Vaillant que la transposition du texte de Trôgue Pompée par Gutschmid.

Dans l'état actuel des recherches il n'y a point d'opinion qui s'impose de manière décisive et ait chance de résoudre le problème, car l'une et l'autre a des points faibles [15].

---

[10] Gutschmid ne compte pas Arsace I de l'historicité duquel il commença à douter (l. c. 30). Le premier roi parthe était selon lui Arsace-Tiridate et c'est pourquoi il nomme son successeur Arsace II.

[11] Cf. Cauer l. c., W. Wroth, *The catalogue of the coins of Parthia*, London 1903, XIX. XXXI, E. Breccia, *Mithridate I il Grande di Parthia*, Klio 5, 1905 p. 42, 1, E. Meyer, *Arsakes* nr 8, Pauly-Wissowa R. E. II col. 1269 s. et art. *Parthia* dans Encycl. Britannica, XIX 1929 p. 344-5, O. G. Wesendonk, *Kushan, Chioniten u. Hephtaliten*, Klio 26, N. S. VIII 1933 p. 377, 5.

[12] B. Niese, *Geschichte d. griech. u. maked. Staaten* II, Gotha 1899 p. 338, E. Bevan, *The House of Seleucus II*, London 1903 p. 18 et Bouché-Leclerq, *Histoire des Séleucides I*, Paris 1913 p. 160 le nomment Arsace III, parce qu'ils acceptent, contrairement à Gutschmid, Arsace I dans la liste des rois parthes.

[13] Reinach, *Mithridate Eupator roi du Pont*, Paris 1890 p. 310, F. Justi, *Geschichte Irans* dans Geiger et Kuhn, *Grundriss d. iran. Philologie* II, Strassburg 1896—1904 p. 484 et *Iranisches Namenbuch*, Leipzig 1885 p. 31 et 146, E. H. Minns, *Parchments of the Parthian Period*, Journ. of Hell. Stud. 35, 1915 p. 40. 58, C. Huart, *La Perse antique et la civilisation iranienne*, L'évol. de l'Hum. XXIV, Paris 1925 p. 129, M. Holleaux, *Rome and Macedon*, Cambr. Anc. History VIII 1930 p. 141, St. Przeworski, *Dzieje i kultura starożytnej Persji*, Wielka Hist. Powsz. I, Warszawa 1934 p. 771. T. Wałek-Czernecki, *Dzieje greckie*, W. H. P. II, Warszawa 1934 p. 754. Une position particulière est celle de W. W. Tarn, *Parthia*, C. A. H. IX 1932 p. 576. Ayant nié l'historicité d'Arsace I, il nomme le successeur d'Arsace I Tiridate Arsace II Artaban.

[14] l. c.

[15] L'état actuel de la question est clairement souligné par C. N. Debe-

Vaillant passe sous silence la relation de Justin et de Polybe et corrige le texte de Trôgue pour trouver coûte que coûte le nom propre de l'Arsacide. Gutschmid se tient étroitement à Justin et à Polybe mais il transporte le passage du Trôgue d'un prologue dans l'autre et ne sait pas expliquer l'absence du nom propre d'Arsace.

Mais comment donc s'appelait notre Arsacide? Arsace III Artaban, comme le veut V a i l l a n t et après lui Justi, Reinach, Minns, Holleaux, Huart, Wałek-Czernecki; Arsace II selon G u t s c h m i d, Wroth, Meyer, Breccia, Wesedonk; Arsace III d'après N i e s e, Bevan, Bouché-Leclerq, ou enfin Arsace II Artaban, comme l'a supposé dernièrement T a r n?

Pour répondre à cette question il faudra une fois encore remonter aux sources et essayer de leur arracher le secret si obstinément caché jusqu'ici.

Dans toutes les recherches qu'on a consacrées à l'histoire des premiers Arsacides on a commis une faute, mais une faute d'importance capitale [16]. On a procédé à l'étude de cette phase de l'histoire de l'Iran sans préparation préalable du terrain. La critique des sources, moyen indispensable, fut négligée complètement et c'est dans ce défaut qu'il faut chercher la cause de l'insuccès des recherches sur l'histoire de l'Iran sous les premiers Arsacides. Dans mon travail plusieurs fois déjà cité, j'ai essayé d'analyser notre tradition; le résultat se laisse exprimer dans les propositions suivantes. La tradition authentique concernant l'histoire des premiers Arsacides est représentée par Trôgue Pompée dans l'extrait de Justin, Strabon et Isidore de Charax. Ce que nous donnent Arrien, Syncelle et Zosime est pure légende sans valeur historique. Arsace-Tiridate est un personnage légendaire. Justin n'a point confondu Arsace I et Arsace-Tiridate, il nous donne le tableau détaillé du règne du premier Arsace, fondateur de la dynastie et du royaume, depuis son avènement sur l'horizon historique ca 250 jusqu'à sa mort glorieuse entre 217 et 214 av. Chr.

---

v o i s e. *A political history of Parthia,* Chicago 1938 pp 16. 66 qui s'abstient d'un parti pris.

[16] Je résume ici les résultats de mon travail, cité ci-dessus, où j'ai traité cette question si importante pour la connaissance de l'histoire des Arsacides avec beaucoup de soin.

De cette constatation découlent des très précieuses conclusions qui mettent le problème sur un tout autre plan. Les voilà. Il faut faire complètement abstraction des suggestions fournies par la tradition d'Arrien et de Syncelle, dont les relations n'ont, comme je l'ai déjà souligné, aucune valeur historique. La question de notre Arsacide doit être exclusivement résolue dans les cadres de l'histoire authentique, représentée dans ce cas par Trôgue Pompée dans l'extrait de Justin et par Polybe. C'est seulement sur la base de ces thèses fondamentales qu'on peut revenir à notre source principale Justin dont voici la teneur (XLI 5, 5—7): *Sic Arsaces, quaesito simul constitutoque regno... decedit. cuius memoriae hunc honorem Parthi tribuerunt, ut omnes exinde reges suos Arsacis nomine nuncupent. Huius filius et successor regni Arsaces et ipse nomine, adversus Antiochum, Seleuci filium... mira virtute pugnavit* etc. La première conclusion qui s'impose aussitôt est que l'Arsacide qui combattit contre Antiochos III, n'était pas fils d'Arsace II-Tiridate selon l'opinion commune [17], mais d'Arsace I fondateur du royaume. Justin n'est pas moins clair en ce qui concerne le nom du fils et successeur d'Arsace I: *Arsaces et ipse nomine.* Examinons ces quelques mots dans la stricte cohérence logique avec la phrase précédente, où l'épitomateur a dit que tous les Arsacides portent depuis la mort d'Arsace I outre leur nom propre son nom comme titre honorifique. N'est-ce pas là le secret si longtemps caché? Cet Arsacide avait son nom propre. La seule interprétation possible de la phrase concernant cet Arsacide est la suivante: son fils et successeur, dont le nom propre était aussi Arsace, *Arsaces et ipse nomine.* C'est à dire que la titulature complète du successeur d'Arsace I était Arsace II (titre honorifique) Arsace (nom propre). L'évidence de ce fait sera encore soulignée, quand on examine la phrase suivante de Justin, où il parle du successeur d'Arsace II (XLI 5, 8): *Tertius Parthis rex Priapatius fuit sed et ipse Arsaces dictus. Nam ut supra dictum est omnes reges suos hoc nomine sicuti Romani Caesares Augustosque cognominavere.* Justin en rapportant pour la première fois un nom propre autre qu'Arsace crut indispensable, comme pour éviter des malentendus — et il en suggéra tant — de répéter cette loi qu'il n'avait pas jugé

[17] Cf. par exemple Gutschmid l. c. p. 36.

nécessaire de citer dans le cas d'Arsace II, pour ne pas alourdir le texte. Et encore une chose. On ne s'est pas jusqu'ici aperçu, que Justin s'exprime, quand il s'agit d'Arsace employé comme titre, d'une autre manière, que quand il parle d'Arsace conçu comme nom propre. Voici les exemples: (5, 6) *Parthi... ut... omnes reges suos Arsacis nomine nuncupent.* (5, 8) *Parthis rex Priapatius fuit, sed ipse Arsaces dictus; reges suos hoc nomine cognominavere.* Je n'ai pas besoin d'insister plus sur l'expression *Arsaces et ipse nomine*, on voit clairement qu'ici Justin parle exclusivement du nom propre du roi. Il n'y a pas question ici de *nuncupatio*, *dictio* ou bien *cognominatio* comme dans les cas ci-dessus cités.

C'est donc la tradition de Justin qui porte la solution du problème et ce résultat positif est pleinement confirmé par Polybe qui nomme toujours notre Arsacide Arsace. Et la valeur de l'écrivain qui nous a conservé la première notice sur les Parthes Arsacides ne peut nullement être mise en doute. Le successeur d'Arsace I-er s'appelait donc Arsace II, comme à son tour le roi suivant s'appela Phriapites Arsace III. Il n'y a ici rien d'étrange; né bien entendu pendant le règne d'Arsace I-er, Arsace II reçut comme nom propre le nom de son père: on ne pouvait prévoir à cette époque que ce nom prendra par la suite une toute autre portée, celle d'un titre honorifique. On peut donc conclure que la grandeur d'Arsace I-er et le fait que les deux premiers rois parthes s'étaient appelés Arsace contribuèrent à ce que ce nom fut porté par tous les souverains ultérieurs de Parthie comme titre honorifique. Le cas ici discuté confirme aussi la thèse que j'ai proposée déjà dans mon précédent mémoire [18], c'est à savoir que Justin préserva d'une manière fidèle la tradition de Trôgue Pompée concernant l'histoire des premiers Arsacides et que la valeur de cette partie de son oeuvre doit être placée très haut.

Il nous reste maintenant à dire quelques mots des thèses contraires. Je n'ai pas besoin de réfuter la thèse de Vaillant. Il est bien clair que la correction de Tigranes en Mithridates est dénuée de tout fondement, alors même que l'identification de Mithridate avec Tigrane serait sûre [19] ce qui n'est pas

[18] Cf. *Arsaces I*, Eos 39, 1938 p. 246 s.

[19] On n'a pas jusqu'ici trouvé des monnaies de Mithridate I avec le titre Θεός qu'on lit cependant sur les monnaies de Tigrane (Cf. Eckel,

cependant le cas, elle n'aurait aucune valeur, Artaban ne pouvant pas être le nom propre de l'Arsacide en question. Gutschmid avait donc raison de rejeter l'hypothèse de Vaillant. La nécessité de transposer le passage du prologue de livre 41-ème au 42-ème est pleinement justifiée et confirmée par mes propres recherches. Que néanmoins il faille rejeter la partie constructive de son hypothèse la cause en est bien claire. Parti notamment du faux principe qu'Arsace-Tiridate est un personnage historique, il tenait Arsace II pour le fils de celui-ci. N'ayant pas d'une manière suffisamment exacte interprété le texte de Justin il appelait Arsace II le fils de Tiridate sans lui attribuer de nom propre, ce qui lui attira de nombreuses objections.

Quant à Artaban je partage sans réserves l'opinion de J. Marquart[20] qui rapporte tout le passage contesté du prologue de Pompée Trôgue à l'histoire arménienne. Il opine notamment qu'au lieu d'Artabanos il faut lire Artabazos, laquelle forme apparaît chez les historiens à côté d'Artavazd, et c'est justement le roi combattu par Mithridate[21]. Pour abréger le texte, l'épitomateur a probablement omis le nom du prédécesseur d'Artavazd, Tigrane, ou bien, ce qui est plus probable, c'est toute une phrase qui a été omise avant *successores*.

La solution du problème du deuxième Arsacide permet maintenant de dresser la liste des premiers rois parthes et la table généalogique des Arsacides d'une manière correspondant à la vérité historique, ce qui n'était pas possible jusqu'ici. L'élimination d'Arsace II Tiridate cause un changement sérieux dans les deux cas. Le premier dans la liste des rois parthes sera le fondateur de la dynastie, Arsace I. Ensuite

D. N. V. III 244). Minns l. c. observe que sur les monnaies du fils de Mithridate I Phraate II, on trouve le titre Θεοπάτωρ ce qui selon lui est preuve suffisante que Mithridate I porta le titre en question. Mais comme remarqua Breccia l. c. p. 32, 3, comme anticipant l'objection de Minns, Mithridate a pu être divinisé après sa mort et dans ce cas l'argument de Minns perd sa valeur.

[20] *Beiträge zur Gesch. u. Sage von Eran*, Z. D. M. G. XLIX (1895) p. 645.


[21] Un changement pareil — Artabanos au lieu d'Artabazos — apparaît chez Ampelius 30, 5, tandis que chez Orosius VI 19, 3 le fils de Tigrane Artavazd est nommé Artaban.

viendra son fils Arsace II et après lui comme troisième[22] Arsace III Phriapites. A Phriapites succédèrent ses deux fils: Arsace IV Phraate I et Arsace V Mithridate I[23]. Le sixième roi sera le fils du précédent Arsace VI Phraate II et enfin le septième Arsace VII Artaban I.

Pour comparaison je cite les deux listes, à gauche la traditionnelle et à droite la mienne[24]:

Arsace I ?	Arsace I
Arsace II Tiridate	Arsace II
Arsace III Artaban	Arsace III Phriapithes
Arsace IV Phriapithes	Arsace IV Phraate I
Arsace V Phraate I	Arsace V Mithridate I
Arsace VI Mithridate I	Arsace VI Phraate II
Arsace VII Phraate II	Arsace VII Artaban.
Arsace VIII Artaban.	

Quand à la table généalogique, elle doit se présenter ainsi:



Les résultats obtenus dans ces recherches aboutissent d'une façon assez inattendue à éclaircir une donnée de la tradition légendaire. Arrien *Part.* fr. 1 cite une table généalogique fictive, d'après laquelle Arsace et Tiridate, frères Arsacides,

---

[22] Just. XLI 5, 8 *Tertius Parthis rex Priapatius fuit.* Justin qui ne nous dit pas s'il était fils ou frère du précédent, nous donne ici la preuve inestimable, négligée complètement jusqu'ici que notre arrangement de la liste répond à la vérité historique.

[23] En comparaison de la clarté du tableau dressé par Justin, on jugera sans valeur la tradition d'Orose V 4, 16 *Mithridates... rex Parthorum sextus ab Arsace.* Orose sans doute puisa dans la tradition légendaire qui compta parmi les rois parthes Tiridate. Just. XLI 6, 9 cite: *Mithridates... non minor Arsace proavo decedit,* et cela confirme ma thèse que Mithridate était cinquième et non le sixième.

[24] Je n'y traite pas les questions chronologiques.

furent τοῦ υἱοῦ Ἀρσάκου τοῦ Φριαπίτου ἀπόγονοι. Qui était ce Phriapites? D'où a-t-on tiré son nom? J. Marquart[25], qui s'en occupa longuement supposa que les créateurs de cette généalogie se servirent du nom du roi parthe Phriapites et le mirent à la tête de la liste d'après la règle de l'antique projection qui pousse au premier plan le premier nom propre de la dynastie. Mais pour confirmer cette thèse Marquart a dû omettre et Tiridate et Artaban[26], ce qui paraîtrait en vertu de cette règle inintelligible. La chose est tout à fait claire. Les auteurs de la tradition à laquelle puisa Arrien, où nous trouvons parmi les indications légendaires les échos bien obscurs de la tradition authentique, savaient que le premier nom propre dans la dynastie des Arsacides est Phriapites et s'en servirent d'accord avec la règle ci-dessus citée, pour donner aux Arsacides leur légendaire protoplaste. Dans la lumière de mes recherches leur procédé paraît tout à fait fondé parce qu'Arsace II Tiridate et Arsace III Artaban n'ont jamais existé. Et cette conclusion confirme encore la thèse que le successeur d'Arsace I porta le nom d'Arsace II.

Cracovie.

---

[25] *Untersuchungen zur Geschichte von Eran,* Philologus 54, 1895, p. 514.

[26] Marquart commet ici une grave erreur. Selon lui notamment Phriapites est le troisième ou, si on ne compte pas Arsace I, deuxième roi des Parthes. Mais dans le premier cas Phriapites devait être le quatrième, après Arsace I, Tiridate et Artaban et dans le deuxième cas le troisième.

QUAESTIUNCULA HESIODEA
(DE MONSTRORUM STEMMATE IN *THEOGONIA*)

Scripsit

SOPHIA ABRAMOWICZ

Theogoniae Hesiodeae vv 270—336 „stemma monstrorum", quod dicitur, continent, in quibus, ut ex primis atque extremis verbis patet, progenies Phorcyis Cetusque enumeratur. Phorcys apud Homerum (*Od.* I 71, XIII 96) ἅλιος γέρων, apud Hesiodum vero filius est Terrae et Ponti, ergo marinum quoque numen esse videtur; cum vero Ceto, eius sororem atque uxorem, ipsum nomen monstrum aliquod marinum esse ostendat, nemo certe mirabitur totam talium coniugum stirpem e solis fere monstris constare.

Si quis tamen accuratius ad eorum stemma examinandum animum attendat, statim sentiet singulas propinquitates aliquid ambiguitatis habere: parum enim perspicuum est, ad quemnam illud ter iteratum ἥ δὲ vv 295, 319 et 326 spectet? Itaque ut veteres ita et nostrorum temporum viri docti alius alio modo id intellegunt. Apollodorus *Bibl.* II 31, qui paulo infra (II 37 ss) Hesiodeam monstrorum stirpem enarrat ipsiusque poetae testimonium profert, cum de Chimaera loquitur, eam filiam Typhonis et Echidnae appellat. Quem plurimi sequuntur, qui etiam Phicem leonemque Nemeaeum Echidna et Ortho cane natos esse existimant[1], scilicet Echidnam sex liberos peperisse: tres ex Typhone, duo ex Ortho, de unius vero filiae, Chimaerae, patre nihil compertum habemus.

Quae tamen interpretatio cum falsa mihi videatur, paucis quid de ea re sentiam explanare studebo.

Quidnam enim in nostris versibus legitur? Echidnam peperisse κρατερόφρονα τέκνα: πρῶτον Orthum, δεύτερον Cerberum, deinde τὸ τρίτον Hydram Lernaeam; simul contingit, ut omnes similem vitae finem habituri sint, nam postea ab Hercule interficientur. Cum igitur haec tria nomina sic plane enume-

[1] Ipse Apollodorus rem conturbavisse confudisseque vel ex alia quoque quadam memoria hausisse mihi quidem videtur, nam apud eum II 74 leo iste filius est Typhonis.

rentur ordineque proferantur, duobus immanibus canibus et Hydra propaginis Echidnae indicem expleri iure arbitrari possumus. Attamen post mortem Hydrae descriptam legimus: illa autem genuit Chimaeram... Quis? — Mea quidem sententia non Echidna, ad quam spectantia omnia iam poeta absolverat expediveratque, verum autem illa belua, de qua novissime actum est, id est ipsa Hydra! Idem infra repetitur v. 326 et hic quoque illud ἥ δὲ nullo modo ad Echidnam, sed nunc quidem ad Chimaeram referendum est. Itaque stemma sic constitui potest: Echidna — Chimaera — Phix et leo Nemeaeus.

His adsentitur Gruppe (RE Suppl. III col. 1031), dissentit vero Apollodorumque sequi mavult Welcker (*Ep. Cyclus* II 317), Preller-Robert (*Griech. Mythologie* II 2, 440), Kern (*Griech. Religion* I 245[1]), Bethe (RE s. v. *Chimaira*), qui omnes de ipsa, tamquam minime dubia, non disceptant. Ilberg (Roscheri *Lex.* s. v. *Sphinx*) Euripidis testimonio utitur, qui *Phoen.* 1019 Sphingem γᾶς λόχευμα νερτέρου τ' Ἐχίδνας appellat, quod tamen propter Terrae mentionem incertum est an ad Hesiodum pertineat. Bethe (*Theb. Heldenlieder* 19) vero tam parvi momenti indicio nititur, quod cauda anguina Phicis (quae postea nihil aliud quam Sphinx habebatur) Echidnam matrem utpote dimidiam feminam, dimidiam autem anguem, esse demonstrat; at oblitus est apud Hesiodum ne verbum quidem de cauda Phicis neque omnino de eius forma ac figura inveniri. Hoc modo si argumentaremur, rectius videretur Hydram, quippe quae draco certe esset, optime Chimaerae filiae convenisse, illa enim unum caput anguinum exhibebat — at quoniam alterum leoninum (verisimillime autem totum etiam corpus, ut in omnibus imaginibus apparet), potest mater esse tam leonis Nemeaei, quam leaenae Phicis.

A. Mayer (*De compos. Theog. Hesiodeae*, Diss. Berol. 1887) vim verborum ἥ δὲ pro minime certa planaque ducit comparatque cum vv 728 ss, ubi quoque, ut dicit, parum est perspicuum, quid sibi ἔνθα δὲ velit, quod eadem ratione aliquoties iteratur; ceterum perperam iudicat, nam ibi cunctae illae res in Tartaro simul coacervatae esse poterant. Schoemann vero (*De Phorcyne eiusque familia, Opusc.* II, Berol. 1857) sic

opinatur: *Hesiodus autem quid de Sphinge statuerit et cur Orthi eam non Typhoei filiam fecerit matremque utrum Echidnam an Chimaeram esse voluerit, vix, opinor, ipse, si ab inferis excitari posset, confidenter responderet*, quod tamen vix adduci possum ut de Hesiodo, cui imprimis curae semper est, ut omnium rerum divinarum veram rationem atque naturam diligenter exponat, credam. Jacoby in sua editione *Theogoniae* (Berolini 1930) tam late interpolationum rationem suscipit adhibetque, si quid in quacumque parte minus plane aperteque se habere videtur, ut hic quoque minime addubitet, quin v. 396 ad Echidnam referat, quae illis tribus liberis ex Typhone procreatis nunc vicissim ex Ortho duos gignat. Versus vero de Chimaera ab interpolatore insertos esse censet, quippe qui hoc loco non conveniant totumque stemma conturbent, ubi alioquin omnia optime congruant. Ad quod quoniam responderi potest nempe et interpolatorem quoddam de ea re mente concepisse atque intellexisse cum locum inserebat, ipsa quaestio non solvitur. Affirmat autem Jacoby non liquere, utrum Chimaera Cetus an Echidnae sit filia: *certum est de Hydra matre eum non cogitasse; obstat praeter alia* μὲν — δὲ *vv 316—319*, ergo vocem τὴν μὲν — ἣ δὲ non posse ad unum idemque subiectum spectare; quod et Wilamowitz (*Herakles* II 286 ss) obicit.

Equidem nonnullos locos afferre possum, ubi procul dubio ea vox ad unam eandemque personam pertinet. Etiamsi quis *Theogoniae* vv 83—4 rationem similitudinis:

τῷ μὲν ἐπὶ γλώσσῃ γλυκερὴν χείουσιν ἐέρσην,
τοῦ δ' ἔπε' ἐκ στόματος ῥεῖ μείλιχα...

in dubium vocare vellet, at certe omni ambiguitate carent haec de Hectore Homeri verba *Il.* XVII 193—4:

ἦ τοι ὁ μὲν τὰ ἃ δῶκε φέρειν προτὶ Ἴλιον ἱρήν
Τρωσὶ φιλοπτολέμοισιν, ὁ δ' ἄμβροτα τεύχεα δύνεν

vel *Il.* VIII 323 ss de Teucro:

ἦ τοι ὁ μὲν φαρέτρης ἐξείλετο πικρὸν ὀϊστόν,
θῆκε δ' ἐπὶ νευρῇ· τὸν δ' αὖ κορυθαίολος Ἕκτωρ
...βάλεν λίθῳ ὀξυόεντι

vel *Od.* XV 235 ss de Melampode:

ἀλλ' ὁ μὲν ἔκφυγε κῆρα καὶ ἤλασε βοῦς ἐριώπους
...κασιγνήτῳ δὲ γυναῖκα
ἠγάγετο πρὸς δώματ'· ὁ δ' ἄλλον ἵκετο δῆμον,

cf. alia exempla *Il.* VIII 320 ss, XIII 518, XXIV 237.

Quae cum ita sint, nihil sane prohibere videmus, quominus nostro quoque loco ambo pronomina ad idem subiectum referri patiamur hoc fere modo: „interfecit eam ὁ δεῖνα... illa autem genuit τὴν δεῖνα ...“ Quodsi cui displiceat in his sic enarratis ordinem temporum servatum non esse, certe enim Chimaeram prius peperisse, postea vero periisse, graviter ea re affici nequeo, cum nihil aliud accidisse putem nisi poetam minus tantum commoda locutione usum esse, quando rem de uno monstro absolvere voluit, ut ad alterum accedere liceret. Immo vero apud Hesiodum in rebus exponendis rationem temporum servatam non esse viri docti nonnumquam monuerunt: saepe in *Theogonia* evenire, ut de quodam agatur, quem omnino natum esse posterius demum comperiamus.

Antiquorum memoria non multa sane de stirpe illorum monstrorum affert, vetustiora enim testimonia desunt; ex eis vero quae habemus colligere licet grammaticos, cum illis nullorum fontium secundariorum subsidium praesto esset, nostrum locum sua quemque ratione atque auctoritate interpretatos esse. Scholiasta ad v. 313 dicit: Ὕδραν τὴν κακίαν λέγει (scil. ὁ ποιητής) et ad v. 319: ἡ καθόλου, φησί, κακίαν ἐγέννησε τὴν μερικήν· καὶ ὁ μὲν λέων ἔχει φανερὸν καὶ ὀξὺν τὸν θυμόν, ὁ δράκων δὲ ποικιλώτερον· ἡ χίμαιρα δὲ τὸν μερικὸν θυμὸν καὶ μέσον καὶ κεκραμένον[2]. Eodem igitur modo quo nos eos intellegit, sed allegorice explanat. Quod vero ad Phicem attinet, non est quod credamus nisi scholiastam Orthi patris quamquam expressam evidentemque mentionem casu quodam neglexisse, nam scribit: Φίκα τὴν Σφίγγα λέγει. Αὕτη δέ ἐστι θυγάτηρ Χιμαίρας καὶ Τυφῶνος.

At enim de illo patre mihi sane videtur apud Hesiodum fieri quidem posse ut Echidna Phicem et leonem cum suo

---

[2] Ioannis Diaconi Ἀλληγορίαι Chimaeram Echidnae filiam vocant, Phicem autem Nemeaeumque leonem Chimaerae propaginem esse affirmant, cum haec omnia ad ventorum tempestatumque caelestium rationem naturamque spectare prae se ferant.

ipsius filio concumbens procreaverit, tamen talem rem quocumque modo significari debuisse: matrimonia inter fratres sororesque quamvis sint frequentissima, matris cum filio concubitus non amplius uno loco evenit, scilicet ut Terra Uranum, postea vero liberos eidem Urano genuerit — atque hic de naturae potius elementis phaenomenisque agitur et illud γείνατο idem valet, ac si dictum esset „Uranus ex ea emanavit" neque eandem vim habet, cum ad monstra quidem, verum autem alterius iam naturae modulique pertinet [3].

Pater Chimaerae cum omnino non sit commemoratus, Wilamowitz unum versum excidisse putat, ubi erat nominatus (tria enim tantum illa monstra = Orthum, Cerberum et Hydram Typhaonis propaginem esse censet), quod fieri certe potuit. Sed et „parthenogennesis" Hydrae nescio an negari debet; quamquam v. 213 Hesiodus tale portentum expressis verbis profert:

οὔ τινι κοιμηθεῖσα θεὰ τέκε Νὺξ ἐρεβεννή

verum autem v. 226 de Eride, quae liberos parit nullo patre nominato simpliciter dictum est:

αὐτὰρ Ἔρις στυγερὴ τέκε μὲν Πόνον ἀλγινόεντα...

ignoramus vero, utrum cum aliquo concubuerit an non. De Typhoeo quoque v. 869 legimus ventos cum procreavisse, de qua tamen matre, id siletur.

Ceterum haec difficultas de patre Chimaerae manet, etiam si Echidnam matrem esse ducamus.

Quae cum ita sint, non est cur stemma: Echidna — Hydra — Chimaera — Phix non esse verum rectumque persuasum nobis habeamus.

Superest quaestio, ad quemnam ἥ δέ v. 295 spectet? Id est, quem ipsius Echidnae matrem esse poeta iusserit? Ubi quoque „grammatici certant": utrum Ceto, an Callirrhoen, an Medusam; de illis enim tribus feminis — si fas est illa feminini sexus monstra feminas appellare — antea narratur. Quarum Medusa protinus nullo modo credi potest, cum mira illa ra-

[3] Chimaerae autem Orthus avunculus est, hic vero cognationis gradus ne apud homines quidem matrimonio impedimentum videbatur.

tione e sanguine capitis abscisi Pegasus solum Chrysaorque, ut dictum est, prosiluerint (ἐξέθορον); Echidna igitur non potuisset eius filia esse nisi e concubitu cum Neptuno, at dictum est v. 295 ἥ δ' ἔτεκ' ἄλλο πέλωρον, scilicet eam alia πέλωρα antea genuisse, verum enim vero de tali partu vel potius metamorphosi sanguinis effusi [4] vix vocabulum τίκτειν adhibitum esse posset [5].

Ad Callirrhoen igitur nos convertamus oportet? Ita opinantur Preller-Robert (o. c.) et Stoll (Roscheri *Lex.* s. v. *Chrysaor*). Et profecto ex iis quae supra disseruimus concludere liceret, hoc quoque loco pronomen ἥ δέ ad proxime allatum femininum nomen referri debere. Attamen non per omnia duci potest similitudinis ratio, hoc enim loco logicum et grammaticum subiectum proximi coniugii non est Callirrhoe sed Chrysaor — non tam arcte igitur ἥ δέ ei adhaerere videtur.

Si vv 979 ss vere Hesiodeos existimemus, res iam iudicata est. Callirrhoe videlicet inferior discedit, namque ibi Geryoneus solus filius eorum coniugum commemoratur. Cum tamen totus locus nihil praeter res iam vv 287—290 enarratas contineat repetatque, magis inclinat animus ut cum eum, tum totam poematis partem, quae „heroogonia" vulgo appellatur, suppositam arbitremur. Utut res se habet, vv 979—983 testimonio esse possunt etiam ab interpolatore Echidnam pro Callirrhoes filia habitam non esse.

Sola videlicet Ceto manet, cuius maternitatem etiam v. 333:

Κητὼ δ' ὁπλότατον Φόρκυι φιλότητι μιγεῖσα


confirmare mihi videtur: scilicet quando primum ex eo Graias Gorgonesque procreavit, postremum vero draconem, interiacenti temporis spatio φιλότητι quoque ἐμίγη et aliquid profecto genuit. Non dicit quidem clare poeta, cui genuerit, sed si quis alium etiam patrem quaerere vellet, meras ineptias ageret, cum vox ὁπλότατον verum patrem satis perspicue ostendat.

---

[4] Quamquam nostro loco de ipso sanguine nihil legimus, sed hoc plane facile intellegitur.

[5] Eo potius, si quis vv 280—294 interpolatos esse iudicat.

Quare ad nostrum stemma quintum quoque nomen adicere licet et hoc modo id conscribere:



Torunii.

IN ANONYMUM HERMOGENIS *STATUUM* INTERPRETEM (*RH. GR.* VII 397-442 W.) CUM NILO (PAR. GR. SUPPL. 670 ff 36 v – 65 r) COLLATUM OBSERVATIONES CRITICAE

Scripsit

LUDOVICA RYCHLEWSKA

Hermogenis *status* post Rabium denuo editurus praeceptor noster G. Kowalski praeter codicum lectiones etiam traditionem quae vocatur indirecta ex interpretibus opusculi antiquis in apparatu critico praebere cum statuisset, hanc provinciam discipulis suis obtulit ut Anonymi in *status* commentarii textum qui *Rhetorum Graecorum* Walzii volumine VII continetur, iam a se e codicibus Parisinis emendatum nos cum Nili commentario (Par. Suppl. 670) conferremus atque in eis partibus ubi Anonymus Nilum ad verbum exscripsisset, varia lectione ditaremus.

Postquam in *Commentariorum Societatis Philologae Polonorum* q. i. EOS volumine XL 1939 duae disputationes criticae ad Hermogenea Walziana spectantes paruerunt, opus institutum inter belli horrores cum magister tum nos non deseruimus. Sed sensim caedes servitus egestas, Germanicae saevitiae tormenta vires fregerunt, quosdam ex acie nostra mors abstulit, alii in varia exsilia abrepti sunt. Mox sedibus pulsi in diversas Poloniae partes aufugimus tota supellectile operis nostri dissipata. Immensum dolorem per singula repetere piget. Bello finito pace nondum restituta ut Rei Publicae cuncti ita nos quoque curarum Hermogenearum naufragiis colligendis operam dare, ut Polonos decet, statuimus obstinata mente.

Quando Anonymi plenum textum edi vix temporum difficultates sinunt, solius saltem supellectilis criticae futuro Anonymi editori ministrandae consilio ductus magister me e superstitibus Sodalicii Hermogenei unam invitavit ut partem meam Nili cum Anonymo collati ederem eoque pacto ad Anonymum emendandum stipem meam qualemcumque conferrem, vel aliquid enim illa nos in provincia profecisse pro augurio rediturae aureae illius aetatis, quae terras septem abhinc annis reliquerit, sibi fore duxit; neque ipsa hoc aerumnarum solacium renuo.

E varia lectione solas lectiones praestantiores delegi, quo citius sordes Walzianae e textu Anonymi eluantur. Hoc specimen Anonymi emendati in praesentia sufficiet, ut vilitas operis Walziani in collato a me Anonymi frusto ita patefiat, ut factum est a condiscipula mea Próchnicka in eiusdem Anonymi in *formas oratorias* commentario e Pg codice emendato.

Tum variam lectionem in *statuum* lemmatis a Nilo advocatis obviam praebeo ut eorum editioni futurae praesto sit.

Demosthenis exemplum Hermogeneum quale fuerit, ut ostendam, locos e Demosthene ab Hermogene petitos arte critica examinavi.

Deinde ea quae apud Anonymum W. desiderantur, e Nilo exscripsi, cum parum sit probabile totius Nili intra breve temporis spatium edendi copiam suppetituram.

Coniectanea addidi ne e solius codicis Parisini praestantia symbolae meae aestimentur.

I. LECTIONES PRAESTANTIORES.

397, 30 παντὸς... pro πάντως recte Nil. f. 36 v, cf. lin. 25 τῆς ἑκάστου οὐσίας.

398, 25 αὐτὸν recte pro αὐτὰ Nil. f. 37 r, i. e. τὸν ῥητορικὸν ὁρισμόν.

398, 27 ὁμολογούμενον γίνεται καὶ ἐν τοῖς μὴ συνεστηκόσι τελείως W., ἐν τοῖς μὴ συνεστηκόσι τελεῖ recte Nil. f. 37 r, quod enim utrinque conceditur, omnino non consistentibus adnumeratur; accedit quod desideratur ap. W. alterum verbum finitum.

400, 2 φησί, ταυτὶ τὰ δύο προβλήματα W., φασί recte Nil. f. 37 v, cf. lin. 4 φασί, lin. 16 καταλήφονται, ubi Nil. eis qui iudicant, adversatur.

400, 3—4 παντάπασιν ἀλλήλων ἀπᾴδει ἢ τοῖς ὀνόμασι μόνον W., παντάπασιν οὐδὲν ἀλλήλων ἀπᾴδει recte Nil. f. 37 v, cf. Hmg *stat.* 75, 18—9 R.

400, 25—7 ἐν μὲν γὰρ τῇ πραγματικῇ τὸ μὲν ὅλως δεῖν παρασχεθῆναι δωρεὰν ὡμολόγησε W., ὡμολόγηται recte Nil. f. 38 r: de hac re apud omnes constat; opponitur lin. 28 ἡ πᾶσα γίνεται ζήτησις; omnino in tota hac argumentatione nulla persona inducitur.

401, 3—5 τοῦτο γὰρ αὐτὸ στασιάζουσιν, εἰ δεῖ λαβεῖν αὐτὸν ὅλως διὰ τὸ καταλελύσθαι τὴν τυραννίδα ἢ μετεῖναί τινος αὐτῷ δωρεᾶς τῷ μὴ ἀνῃρῆσθαι τὸν τύραννον W., ἢ μὴ μετεῖναι αὐτῷ τινος negationem

recte exhibet Nil. f. 38 r, quia aliter differentia opinionum (στασίαζουσιν) tollitur.

402, 22 αὐτῷ recte pro αὐτὸ Nil. f. 40 r, i. e. a philosopho.

402, 26 πάντα συνέχεε, διὰ τῶν ἀναγκαιοτάτων χωρήσας W., διὰ τῶν ἐναντιωτάτων χωρήσας recte Nil. f. 40 r, qui enim procedit per maxime necessaria, minime omnia confundit.

403, 3 τὸ οὖν δοῦναι τῷ ὁριπῷ κεφαλαίῳ τὴν ἀρχὴν τῶν ἀγώνων ἀφ' ὧν διέγνωκε Μινουκιανὸς οὐδὲν, ἀλλ' ἢ ἐξ ἀμφιβαλλομένων ἀποδείξεων ἄρχεσθαι W., Μινουκιανός, οὐδὲν ἀλλ' ἢ ἐξ ἀμφιβαλλομένων ἐστὶν ἀποδείξεων ἄρχεσθαι Nil. f. 40 r: *nihil aliud est nisi.*

403, 10—1 ὅπερ ἐστὶ καὶ αὐξητικὸν τῆς διηγήσεως W., ὅπερ ἐστὶ κεφάλαιον αὐξητικὸν τῆς διηγήσεως Nil. f. 40 r; male compendium solvisse videtur aut librarius aut *Rh. Graecorum* fossor.

407, 12 Ἡ προβολή, φησίν, αὐτὰ τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους, τουτέστιν αὐτὰ τὰ πεπραγμένα· W., ἐστί, τουτέστι recte Nil. f. 40 v, cf. Hmg 59, 16 R.

408, 6 τὴν δ' αὖ προβολὴν μετ' αὐξήσεώς τε καὶ ὄγκου προφέρεσθαι, ὥσπερ παραλαμβάνουσα ἡ διήγησις πῇ μὲν τὸ ἀποδεικτικὸν, πῇ δὲ τὸ αὐξητικὸν, ἀποτελεῖ... W., καὶ ὄγκου προσφέρεσθαι, ὥστε προσλαμβάνουσα recte Nil. f. 41 r, quia primum non agitur de pronuntiatione, tum quod narrationi haec duo adduntur extrinsecus; denique ὥσπερ sensu caret. Cf. 416, 22 ἅπερ κατὰ ψιλὴν ἀπόφασιν προσφέρομεν ὡς ὁμολογούμενα W., ἅ. κ. ψ. ἀ. προφέρομεν recte Nil. f. 46 r: *pronuntiamus sine argumentatione.*

409, 4 χρήζειν τῆς ἄνω διηγήσεως W., ...τῆς ἄνωθεν recte Nil. f. 41 v, non est enim haec narratio supra prolata, sed ab ipsis causae principiis repetita.

410, 23 καθάπερ ἐδείκνυε W., κ. ἐδείκνυμεν recte Nil. f. 42 v.

410, 28—9 τὸ ὑπὸ τοῦ κατηγόρου παραβαλλόμενον ἔγκλημα W., ...προβαλλόμενον ἔγκλημα recte Nil. f. 43 v.

411, 20 καὶ ἀπαίτησιν pro κ. ἀ-ις W. recte post ἀνάγκην τινὰ Nil. f. 43 r.

412, 8—10 ὡς οὐκ ἂν ἱεροσυλία καθεστήκοι τῷ μὴ συμφωνεῖν τὰ ὑφ' ἡμῶν πεπραγμένα· τῷ δὲ ὀνόματι τοῦ ἐγκλήματος W., τῷδε τῷ ὀνόματι recte Nil. f. 43 v, quia dativus pendet e verbo lin. 9 συμφωνεῖν. Itaque semicolon post πεπραγμένα tollendum est.

412, 14—5 τὸ παρ' ἡμῶν παραβαλλόμενον κατεσκεύασται W., ...προβαλλόμενον... recte Nil. f. 43 v.

412, 16—7 πῶς ἔφη τὸν ὅρον ἐκ τῶν παρειμένων γενέσθαι W., γίνεσθαι recte Nil. f. 44 r, i. e. semper, non solum hoc loco, cf. lin. 18 λαμβάνει.

412, 17—8 ὅπου γε οὐ μόνον παρειμένα λαμβάνει, ἀλλὰ καὶ τὰ πεπραγμένα W., ...οὐ μόνον τὰ παρειμένα παραλαμβάνει... recte Nil. f. 44 r utrumque (τὰ et παραλαμβάνει), cf. lin. 20 παραλαμβάνουσιν.

412, 30 μόνος recte pro μόνοις Nil. f. 44 r; finitio ab utroque enim advocanda est.

413, 1—2 τὸν ἀνθορισμόν, ὃς οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ ὁ ὅρος τοῦ διώκοντος W., ὁ recte om. Nil. f. 44 r, ut in praedicato.

413, 2 ὃν recte om. Nil. f. 44 r, quia exploso pronomine relativo restituitur reliqua pars propositi principalis.

413, 7—8 ὁ δὲ φεύγων διαστήσει τῶν ἐγκλημάτων διασαφῶν ἀμφοτέρων τὴν ἰδιότητα W., ἀμφότερον, σαφηνίζων ἀμφοτέρων τὴν ἰδιότητα recte Nil. f. 44 v, quia exspectatur obiectum ad διαστήσει; nisi malis errorem ex haplographia ortum omnino non explicari.

413, 21—2 χρὴ δὲ εἰδέναι, ὡς οὐκ ἐν τῷ ὅρῳ μόνῳ, ἀλλ' ἐπὶ πάσης καθολικωτέρας στάσεως τοῦτῳ χρηστέον τῷ τρόπῳ W., καθολικώτερον recte Nil. f. 44 r, quia prorsus nullus status est quin nostra commendemus, adversarium calumniemur.

416, 2 ἑκάτερον recte pro ἑκατέρου Nil. f. 46 v.

417, 1 ἀναγκαῖον εἰπεῖν, τὸν τοῦ φεύγοντος ὅρον ἀντιθετικῶς ὁ κατήγορος ἐν τῷ ἀνθορισμῷ παραλήψεται W., ἀναγκαῖον εἰπεῖν, πῶς τὸν... recte Nil. f. 46 r.

417, 21 περιθεὶς τῷ δι' ἐναντίας τὸν λόγον W., περιθεὶς τῷ ἐναντίῳ τὸν λόγον recte Nil. f. 46 v; quid sit enim τῷ δι' ἐναντίας, non liquet.

420, 15 τὴν recte om. Nil. f. 48 v, cf. lin. 16 κατὰ ἀντιπαράστασιν.

420, 19—20 τὸν ὑπὲρ τοῦ ἀντιδίκου λεγόμενον παντελῶς οὐ παραδεχόμενοι W., τὸ ὑπὸ τοῦ recte Nil. f. 48 v, cf. lin. 22 τὸ λεγόμενον ὑπὸ τοῦ ἐναντίου.

421, 18 καθὸ ὃν τρόπον ἔφαμεν τὴν ἀντίληψιν W., καθόλου ὃν... recte Nil. f. 49 r; possent quidem idem significantia καθὸ et ὃν τρόπον copulari in infima graecitate, sed καθόλου probatur ex Hmg 60, 10 R.

422, 3 τὸ μεταληπτικὸν recte pro τὸν μ. Nil. f. 51 v, scilicet κεφάλαιον, cf. lin. 3—4 τό τε ἀντιληπτικόν.

422, 27 τῇ ἱεροσυλίᾳ recte pro ἡ ἱεροσυλία ut congruat cum τῷ τελείῳ, cum sit ipsa caput perfectum.

425, 26 ἵνα καὶ ταῦτα ἐπιῤῥώσηται, καὶ ὥσπερ ὁμολογούμενα καταστήσῃ W., ἐπιῤῥώσῃ recte Nil. f. 53 r.

428, 5 ἑαυτὸν pro αὐτὸν recte Nil. f. 54 v, quia semet ipsum in minuta non committit orator, non Philippum.

429, 5 καὶ τὸ τοῦ Αἰσχίνου διέβαλλε W., διέβαλεν Nil. f. 56 r, cf. lin. 4 συνεστήσατο.

430, 17 (αὐτὸ ἐφ') ἑαυτοῦ (τὸ πεπραγμένον) recte pro ἑαυτῷ Nil. f. 56 v, i. e. nulla comparatione instituta.

432, 22 (ὁ δὲ τεχνογράφος καὶ ὅσοι) τοῦ λόγου κοινωνοῦσιν αὐτῷ pro τοῦ λέγειν recte Nil. f. 57 r, quia de eis agitur qui eandem doctrinam atque Hermogenes sequuntur.

433, 2 (αὐτὰ) τὰ (ἐφ' ἑαυτῶν αὔξομεν τὰ πράγματα) recte om. Nil. f. 57 r, cum articuli additi nulla ratio inveniri possit.

434, 17 (διὰ) τοῦ (πρός τι τὸ μεῖζον ἀποδείκνυσθαι) recte pro τοῦτο, quo sententia turbatur, Nil. f. 58 v.

434, 23—4 οὐδεὶς γὰρ ἂν εἴπῃ W., οὐδεὶς γὰρ ἂν εἴποι... recte Nil. f. 58 v, est enim potentialis in proposito principali.

434, 25 τρόποι pro τόποι recte Nil. f. 58 v, cf. lin. 18—19 τέσσαρες δὲ τῆς συγκρίσεως τρόποι.

434, 25 ποσότητος recte pro — τες post τόπον Nil. f. 58 v, cf. sequentia: τὸ γὰρ μεῖζον καὶ τὸ ἔλαττον ποσότητός ἐστι συνεχοῦς.

434, 29—30 κατὰ μεῖζον ποιεῖται τὴν σύγκρισιν W., κατὰ τὸ μεῖζον recte Nil. f. 59 r, cf. lin. 30 κατὰ δὲ τὸ ἔλαττον.

435, 2 φήσει recte pro φησὶ Nil. f. 59 r, cf. lin. 3 δυνήσεται.

435, 7 ὡς recte om. Nil. f. 59 r, quia sequitur acc. c. inf.

435, 22 τοῦ recte om. Nil. f. 59 v, cf. lin. 21 ἐξ ἡρῴου.

436, 3—4 ἐπὶ τῇ τῶν ἰδιωτικῶν ὑφαιρέσει χρημάτων μὲν αὐτὸ τὸ πεπραγμένον αὐξήσει W., ἐπὶ τῇ τῶν ἰδιωτικῶν ὑφαιρέσει χρημάτων πρῶτον μὲν... (αὐξήσομεν) Nil. f. 59 v, cf. lin. 5—7 ἔπειτα... πειρασόμεθα; simul μὲν post χρημάτων vitiosum est.

436, 19 οἱ μὲν γὰρ θεοί φασιν αὐτοὺς ἐξ ἁμαρτανόντων λαμβάνειν W., οἱ μὲν γὰρ θεοί, φασί, δύνανται τιμωρίαν παρὰ τῶν εἰς αὐτοὺς ἐξαμαρτανόντων λαμβάνειν recte Nil. f. 59 v, ita enim restituitur sententia.

438, 26 εἰ δὲ στάσεως ἑτέρας ἐνείη τις συμπλοκή, τῆς ἐπισυμπλεκομένης στάσεως κεφάλαιον ἐμπεσεῖται W., τὸ τῆς συμπλεκομένης recte Nil. f. 62 v.

439, 5 αὐτὸ recte pro αὐτὸς Nil. f. 62 v, sc. ζήτημα.

439, 17 ἐνταῦθα γὰρ ἡμῖν ἡ πρότερον ζήτησις γίνεται W., ἐνταῦθα γὰρ ἡ μὲν πρώτη ζήτησις γίνεται recte Nil. f. 62 v, cf. lin 24 δεύτερον ζήτημα: orto ἡμῖν ex ἡ μὲν additus est novus articulus; πρότερον ex πρώτη facillime oriri potuit.

439, 20 εἰ κενοτάφιον ἁπλῶς τάφος ἐστὶν W., ἢ (male pro εἰ) τὸ κενοτάφιον ἁπλῶς Nil. f. 62 v articulum exhibet in subiecto distinguendo a nomine praedicati; cf. lin. 28—9 εἰ τὸ κενοτάφιον ἁπλῶς τάφος ἐστίν W.

440, 4 εἰ δὲ πρὸς ἕτερον ζήτημα ἐπαναχώρησις W., ἡ δὲ πρὸς ἕτερον ζήτημα ἐπ. recte Nil. f. 63 r, quia inducitur novum propositum principale.

441, 29—30 παραιτουμένου συγγνώμην ἐπὶ τῇ προτέρᾳ ἥττῃ τοῦ στρατηγοῦ καὶ τῇ τύχῃ ἀνάπτοντος W., καὶ τὴν αἰτίαν τῇ τύχῃ ἀνάπτοντος recte Nil. f. 64 r, quia ad ἀνάπτοντος obiectum desideratur.

5, 149, 29 ἄλλον (pro ἄλλως) συλλογισμὸν recte Nil. f. 38 v, i. e. alterum qui sequitur; cf. lin. 19—20 de priore.

4, 519, 10 οἱ μὲν οὖν τὸ πρός τι πρῶτον λέγοντες δεῖν τάττεσθαι τοῦτό φασι, τοῦ ἐν συγκρίσει μεῖζόν τι οὐκ ἂν εἴη μέγα τελείως W., ...τάττεσθαι τὸ ἐν συγκρίσει φασὶ μεῖζόν τινος οὐκ... recte Nil. f. 57 r; *id quod solummodo ex comparatione maius quam aliquid aliud evadat, absolute magnum non esse contendunt.*

II. NILIACA
AB ANONYMO *Rh. Gr.* VII W. NON EXPRESSA

398, 4 αὐτοῦ. W., αὐτοῦ· καὶ γὰρ μετὰ τὸ δειχθῆναι ἐκ τῶν δικαιολογιῶν, τί ὤφειλεν κληθῆναι τὸ πρᾶγμα, τότε ὁμολογουμένου τοῦ πράγματος ὁ διαλεκτικὸς προσερχόμενος δηλοῖ τὴν φύσιν αὐτοῦ Nil. f. 36 v. Omissa ab Anonymo W., ut superiorum aliis verbis confecta repetitio.

398, 9 pro εἰσὶ — 10 πρῶτον W., δευτέρα διαφορά, ὅτι Nil. f. 86 v.

399, 24 ἄνθρωπος· W., ἄνθρ.· πέμπτη διαφορὰ τὸ τὸν μὲν ῥητορικὸν καὶ τὰ παρειμένα τε καὶ μὴ πεπραγμένα παραλαμβάνειν, τὸν δὲ διαλεκτικὸν μόνα τὰ λεγόμενά τε καὶ ὄντα. οὐ γὰρ τὸ μὴ γενόμενον ὁ διαλεκτικὸς παραλήψεται καὶ τὰ μὴ πεπραγμένα. οἷον ὁ Μειδίας οὐκ ἠσεβηκέναι φήσει, ἐπεὶ μὴ εἰς αὐτὸ τὸ ἕδος ἐξέμαρτε τοῦ θεοῦ μηδὲ τὴν ἱερὰν στολὴν περιέῤῥηξε. ταῦτα γὰρ μὴ γενόμενα παραλήψεται ὅμως. εἰ δέ τις εἴποι ὅτι καὶ ὁ διαλεκτικὸς τὰ παρειμένα ὁρίζεται· ἐκ τοῦ γὰρ εἰπεῖν „λόγο[υ]ς“ (cf. 396, 10 et 14—4 W.) δηλοῖ ὅτι οὐκ ἔστιν ἄλογον· λέγομεν ὅτι οὗτος μὲν τῇ ἀντεμφάσει μόνον, ὁ δὲ ῥητορικὸς αὐτοῖς τοῖς ῥήμασι φανερῶς τὰ παρειμένα ὁρίζεται Nil. f. 37 r-v. Quae leviora et parum lucida Anon. W. neglexit.

5, 150, 11 ἁρμόττειν αὐτῷ W., αὐτῷ· ὁ δ' Ἑρμογένης οὐσιώδη τινὰ λέγει εἶναι τὴν ἄρνησιν τοῦ στοχασμοῦ Nil. f. 38 v. Quae nata esse videntur ex eo quod etiam Nilus legit lin. 8 Μινουκιανὸς pro Ἑρμογένης; cf. V. Coniectanea.

5, 150, 27—28 κεφάλαιον· W., κεφ.· τοῦτο προτέταται τὸ κεφάλαιον, quae ex errore haplographico videntur excidisse ap. Anon. Sequitur lemma ὁ ὅρος διαιρεῖται προβολῇ, ὅρῳ, ἀνθορισμῷ (Hmg 59, 12 R.) καὶ τοῖς ἑξῆς. ἰστέον ὅτι οὐχ ὥσπερ ἐν τῷ στοχασμῷ. καὶ ἐνταῦθα δύο εἰσὶ διαιρέσεις· ἐν μὲν γὰρ τῷ στοχασμῷ μία μὲν ἦν τῶν κεφαλαίων διαίρεσις, ὅτι τὰ μὲν τοῦ προσώπου, τὰ δὲ τοῦ πράγματος· ἑτέρα δὲ, ὅτι τὰ μὲν τοῦ διώκοντος, τὰ δὲ τοῦ φεύγοντος. ἐν δὲ τῷ ὅρῳ ἡ μὲν διαίρεσις ἡ εἰς τὸ πρόσωπον καὶ πρᾶγμα οὐ σώζεται, ἡ δὲ ἑτέρα σώζεται Nil. f. 38 v/39 r.

5, 151, 12 στάσεως. W., στ. οἳ δὲ ὁρίζονται οὕτω, νομίζοντες μόνους ὅρους εἶναι τοὺς κατὰ φυγὴν καὶ δίωξιν καὶ ἐκβάλλοντες τοὺς κατὰ ἀμφισβήτησιν καὶ κατ' αἴτησιν· σύντομον ἀπόφασιν τῶν ἀδικημάτων. καὶ οὗτοι ἀτεχνῶς κομιδῇ. Nil. f. 39 r. Neglecta ab Anonymo quia fere eadem leguntur supra (5, 150, 31—151, 3 W.).

5, 151, 15 συνέχον W., St. Gloeckner, *Quaestiones Rhetoricae* Vratisl. 1901 p. 67 ὁ δ' ἀνεπίγραφος — 68 οὕτως. (Sequuntur ap. Nil. προτέτακται οὖν ἡ προβολή) Nil. f. 39 r, ubi p. ὀνόματος legitur τῆς δίκης.

402, 2 δέδωκεν W., δέδωκε· πρῶτον (προῖὼν Nil.) μὲν, ὅτι διήγησίς ἐστι τοῦ πράγματος· δεῖ γὰρ προτάττειν τὴν διήγησιν τοῦ πράγματος, ἵνα καλῶς οἱ δικασταὶ παρακολουθήσουσι· καὶ γὰρ αὐξητικὸν κεφάλαιόν ἐστι τῆς διηγήσεως. οὕτω γὰρ ἂν μετὰ τὴν διήγησιν τῇ προβολῇ χρώμενοι καὶ τὰ φιλῶς ἡμῖν ἀφηγημένα ⟨ἐπὶ⟩ τοῦδε τοῦ κεφαλαίου πάλιν ἀναλαμβάνοντες μετ' αὐξήσεως, τὸν ἀπροσδόκητον ἐφ' ἡμᾶς αὐτοὺς ἐπιστήσομεν. δεύτερον, ὅτι διὰ τοῦτο ἐκ τῆς προβολῆς τὴν ἀρχὴν τῶν ἀγώνων ἐποιήσατο ὅτι τοῦ κατηγόρου ἐστὶ κυρίως ἡ προβολή, δεῖ δὲ τὰ τοῦ πρώτου λέγοντος καὶ πρῶτα τάττειν. τοῦ δὲ κατηγόρου λέγομεν αὐτὴν εἶναι, ὅτι εἰ μὴ διηγήσεται τὸ πρᾶγμα ὁ διώκων, πῶς ἔχουσιν οἱ δικασταὶ κρῖναι ὃ μὴ ἴσασιν; εἰ γὰρ κεχρήσεται αὐτὴν ὁ φεύγων, οὐχ ὡς οἰκείαν κέχρηται, ἀλλ' ὡς τοῦ κατηγόρου περὶ αὐτὴν κακουργήσαντος· ἄλλως τε καὶ αὐτὸς ὅτε χρήσεται, πρώτην αὐτὴν τάττει Nil. 39 r–v.

403, 15 ὁ διώκων. W., διώκ.. καθ' ὃν εἰρήκαμεν λόγον· (ἔπειτα ὁ φεύγων τῷ ὅρῳ Nil. et W.) διότι πρὸς τὴν προβολὴν φέρεται, τὰ ἐν αὐτῇ ἀνατρέπων Nil. f. 40 v.

403, 19 ὅρον W., ὅρον τῷ διώκοντι, τῷ δὲ φεύγοντι τὸν ἀνθορισμὸν ἀποδέδωκε καὶ τὸν μὲν ὅρον Nil. f. 40 v.

407 16 παραληψόμεθα· W., παρ.· καὶ δεῖ τοίνυν ἐργαζομένους ἡμᾶς (ἡμῖν Nil.) αὐτὴν, περασμένως αὐτὴν αὔξειν, ἵνα ἡ κατὰ πλάτος αὔξησις φυλαχθείη τῇ πηλικότητι Nil. f. 40 v.

408, 5 ἐναγώνια· W., ἐν.· καὶ ὅτι ἐνταῦθα τὸ πεπραγμένον ἔγκλημα ὁριζόμεθα, ἐν δὲ τῷ στοχασμῷ σημεῖον ἐγκλήματος Nil. f. 40 v — 41 r.

408, 15 προβολήν· W., πρ. ὁ μὲν — δικασταῖς Gl. 39 e Nilo f. 41 r.

408, 28 ταῦτά ἐστι· W., τούτους δὲ Εὐστάθιος Gl. 80 (ubi τούτοις male) — τῆς δίκης Nil. f. 41 v.

409, 4 διηγήσεως W., διηγ.· κακῶς Gl. 80 (ubi χορηγοῦ recte Nil.) — τὸ πρᾶγμα. ἀλλ' οὖν πρὸς Nil. f. 41 v.

409, 8 οὖσα. W., οὖσα καλῶς δὲ λέγει Gl. 81 (ubi εὐχερεῖς recte Nil.) — λόγον ὅτι Nil. f. 41 v.

409, 12 δεύτερον εἴρηται W., δεύτερον, ἤγουν Gl. 81 — ἐκάλεσε, φησὶν Nil. f. 41 v.

409, 15 προυβαλλόμην· W., προυβ. ἀλλ' εἰ δεῖ Gl. 81 — ἡμεῖς ὅτι ἡνίκα τὸ πεπραγμένον ὁριζόμεθα ἔγκλημα, τότε προβολὴ ἐμπίπτει, ὡς ἐν τῷ ὅρῳ καὶ ταῖς λοιπαῖς. διηγούμενοι γὰρ τὸ πρᾶγμα αὐξήσομεν αὐτὸ ὡς ὁριζόμενοι ἔγκλημα. καταστάσεως τότε οὐ χρεία, εἴ γε ἐν τῇ προβολῇ διηγούμεθα. ἡνίκα δὲ τὸ πεπραγμένον οὐ ὁριζόμεθα ἔγκλημα, ὡς ἐν τῷ στοχασμῷ, τότε ἐμπίπτει κατάστασις, καὶ εἰκότως· πῶς γὰρ ἔχομεν αὐξῆσαι, ὃ καὶ ἡμεῖς ὁμολογοῦμεν ἀνεύθυνον; καὶ ἐν τῇ πραγματικῇ δ' ὁμοίως διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν οὐκ ἐμπίπτει προβολή· εἰ γὰρ καὶ ἐν αὐτῇ τὸ πεπραγμένον ἔγκλημά ἐστιν, ἀλλ' οὐ ὁριζόμεθα αὐτὸ ἔγκλημα, ὅθεν οὐδ' ἐμπίπτει ἐν αὐτῇ τὸ κεφάλαιον, φημὶ δ' ὁ ὅρος· οὐ γὰρ ὥσπερ ἐν τῷ ὅρῳ τὸ ἐπανατείνασθαι ὁριζόμεθα ὕβριν, οὕτω καὶ ἐν τῇ πραγματικῇ τὸ γράψαι ὁριζόμεθα παράνομον. καὶ αὕτη μὲν ἡ ἀληθὴς αἰτία, παραλογισμὸς δέ ἐστιν ἡ ἄλλη αἰτία· πῶς οὖν εἴχομεν, ὅπερ οὐχ ὁριζόμεθα ἔγκλημα; ἐν δὲ τῇ πραγματικῇ τό τε πεπραγμένον ἐστὶν ἔγκλημα, διὰ φυσικὸν δὲ λόγον προβολὴ οὐκ ἐμπίπτει· περὶ μέλλοντος γάρ ἐστιν ἡ ζήτησις· εἰ γὰρ καὶ γραφόμεθα τὸ ψήφισμα ὡς παράνομον ἀλλ' οὐν περὶ τῶν μελλόντων ἀποβῆναι φροντίζομεν, ἵνα μὴ εἰς ἔθος ἔλθῃ τὸ παράνομα γράφειν. περὶ μέλλοντος τοίνυν οὔσης τῆς ζητήσεως, μὴ γεγονότος ἤδη τοῦ πράγματος οὐδὲ περιστατικὸν εὑρίσκεται. περιστατικῶν δὲ μὴ ὄντων πῶς εἶχεν ἡ προβολὴ ἐμπεσεῖν; πρὸς δὲ τοὺς λέγοντας καὶ κατάστασιν καὶ προβολὴν ἐμπίπτειν ἀπαντῶμεν οὕτως· τί λέγετε (-αι Nil.) κατ' ἰδίαν ποιεῖσθαι τὴν κατάστασιν καὶ τότε τὴν προβολήν, ἢ κατ' ἰδίαν τὴν διήγησιν καὶ κατ' ἰδίαν τὴν αὔξησιν; εἰ γὰρ κατ' ἰδίαν κατάστασιν καὶ τότε (τὸ Nil.) εἶναι τὴν προβολὴν ἅμα τῇ διηγήσει τὴν αὔξησιν περιέχουσαν, ταυτολογοῦμεν, δεύτερον διηγούμενοι. εἰ δὲ κατ' ἰδίαν τὴν διήγησιν καὶ κατ' ἰδίαν τὴν αὔξησιν, τί διαφέρει ἡ αὔξησις

αὕτη τῆς πηλικότητος; ἰστέον δ' ὅτι φησὶν ὁ Εὐστάθιος Gl. 81 — μετ' αὐξήσεως· ὁ δὲ Σώπατρος τὸ τελευταῖον νόημα τῆς καταστάσεως, ἔνθα τὸ ὄνομα προβάλλει τῆς κρίσεως, οἷον ἂν μέρος τοῦ μελετωμένου τυγχάνῃ Nil. f. 42 r - v.

410, 21 ὄνομα, W., ὄνομα· καὶ γὰρ χωρίζει τὸ πρᾶγμα ὁ ὅρος ἐκ τοῦ ἐπιφερομένου ἐγκλήματος, δεικνὺς ὅτι τὸ πεπραγμένον ὑπὸ τοῦ φεύγοντος οὐκ ἔστιν ὃ λέγει ὁ κατήγορος Nil. f. 42 v.

412, 16 ἐπιδειχθέν· W., ἐπ.· ταύτην Gl. 81 — οὗτοι· εἰ δέ Nil. f. 43 v — 44 r.

413, 1 διαφόρως· W., διαφ., οἷον τὸν ὅρον ἐκ τῶν ἰδιωτικῶν, τὸν δ' ἀνθορισμὸν ἐκ τῶν κοινῶν Nil. f. 44 r.

414, 7 τὰ ἑξῆς. W., τὰ ἑξῆς· ῥητέον δὲ καὶ τὴν τάξιν αὐτοῦ. ἰστέον ὅτι ὁ ὅρος ὁμώνυμόν ἐστι τῇ στάσει. δεύτερον δέ ἐστιν ἢ (ἤτοι cod.), πρῶτον. ἔοικε δὲ αἰνίγματι τὸ λεγόμενον· ἐροῦμεν δὲ ὅτι δεύτερον μέν, ὅσον κατὰ ἀπαρίθμησιν τῶν κεφαλαίων, ἐπειδὴ ἡ προβολὴ πρώτη τοῦ κατηγόρου, ὁ δὲ ὅρος τὸ κεφάλαιον τοῦ φεύγοντός ἐστι καὶ πρὸς τὴν προβολὴν φέρεται, τὰ ἐν αὐτῇ ἀνατρέπων. καὶ διὰ τοῦτο δεύτερον. πρῶτον δὲ κατὰ ἐξέτασιν. ἡ γὰρ προβολὴ ἐξέτασιν οὐκ ἔχει οὐδὲ κατασκευήν, ἀλλὰ πάντα τὰ κεφάλαια τῆς προβολῆς ἐστιν ἐξέτασις καὶ κατασκευή, δι' ὃ παρά τισιν οὐδὲ κεφάλαιον εἶναι δοκεῖ, ἐπειδὴ μὴ σῴζει τὴν τοῦ κεφαλαίου φύσιν· πᾶν γὰρ κεφάλαιον οὐ δύναται μὴ ἔχειν ἐξέτασιν ἰδίαν περὶ τῆς αὐτοῦ φύσεως, αὕτη δὲ μόνη ἰδίαν οὐδ' ἡντιναοῦν ἔχει, ἀλλὰ διὰ πάντων αὐτὴ κατασκευάζεται. διὰ τοῦτο οὖν αὐτὴν ἐκάλεσάν τινες πρότασιν κεφαλαίων ἤτοι ἀφορμὴν ἀποδείξεων. ἀπορία. τί διαφέρει ὁ ὅρος τὸ κεφάλαιον τοῦ ὅρου τῆς στάσεως; διαφέρει, ὅτι ὁ μὲν ὅρος τὸ κεφάλαιον ἐν τῇ προτάσει ἑαυτοῦ τὸ συμπέρασμα ἔχει. οἷον 'τυμβωρύχος ἐστὶν ὁ ὑφῃρημένος ἱμάτια καὶ κόσμον τοῦ νεκροῦ· ἐγὼ δὲ οὐχ ὑφε‹ι›λόμην, οὐκ ἄρα ‹εἰμὶ› τυμβωρύχος'. ἡ δὲ στάσις ὁ ὅρος διὰ πάντων τῶν κεφαλαίων τὸ συμπέρασμα ἔχει. καὶ ἔτι ὁ μὲν ὅρος ἡ στάσις κατασκευάζεται, τὸ δὲ κεφάλαιον κατασκευάζει.

περὶ ἀνθορισμοῦ. ὁ ἀνθορισμὸς πάλιν ἐκ τῶν πεπραγμένων· οὐχί, ἀλλὰ τὸ παῦσαι τὴν τυραννίδα (Hmg 60, 6—8 R., ubi οἷον p. πεπραγμένων cum Nilo om. Ac PgLa Ve Pkl, m. pr. Pz, m. po. Vh). ἀναγκαῖον ἦν τοῦ φεύγοντος τὰ παρειμένα πρὸς ἀπόδειξιν τοῦ τόδε τι μὴ δεῖν καλεῖσθαι τὸ γεγενημένον παρενεγκόντος τὸν κατήγορον ἀπὸ τῶν πεπραγμένων ἀνθορίσασθαι· τόδ' ἦν αὐτό, τῷ ὁμοῖον (ὁμοίως, om. τῷ Nil.) εἶναι τόδε τι. πόθεν (7, 415, 32 W.) Nil. f. 45 r.

416, 10 ἔγκλημα· W., ἔγκλημα· καὶ βεβαιῶν αὐτὸ ἐκ παραδειγμάτων· στενὸς γὰρ ὢν ὁ ὅρος ἁπανταχοῦ καὶ ξηρός, καὶ ἐνθυμημάτων καὶ λογισμῶν ἐστιν ἐνδεής. καλὸν δὲ ἔχει τὸ διὰ παραδειγμάτων πλατύνεσθαί τε καὶ

ἐκτείνεσθαι καθ' ἕκαστον τῶν κεφαλαίων. γίνεται δὲ ὁ ὅρος. ὡς ἔφημεν, ἀπὸ τῶν παρειμένων. ὁριζομένου τοῦ φεύγοντος ἃ μὴ πεποίηκε ταῦτα μόνον εἶναι κυρίως ἐπὶ τοῦ ὀνόματος τοῦ κατηγορημένου, ἀναγκαίως ὁ διώκων τὰ πεπραγμένα προφέρει, ἵνα καὶ ἡ φύσις του ὅρου σωθῇ· τοῦτο γάρ ἐστιν ὅρος, τὸ βιάζεσθαι τὸν κατήγορον ἢ τὸν αἰτοῦντα τὸ φύσει ἀτελὲς δεικνύναι τέλειον καὶ τὸ πεπραγμένον μηδενὸς ἑτέρου δεόμενον. ἀναγκαῖον δὲ ἦν ἐκ τῶν πεπραγμένων ἀνθορίσασθαι καὶ κατασκευάσαι ὅτι τοιόνδε τι ἁρμόζει πρὸς τὴν τοιάνδε κλῆσιν. εἴρηται δὲ ἀνθορισμὸς ἀπὸ τῆς χρείας, ἐπειδὴ ἐναντία τῷ προορίσαντι ὁρίζεται καὶ εἰσὶν ὥσπερ δύο ὅροι· ὁ μὲν εἷς τοῦ διώκοντος, ὁ ἀνθορισμός· ὁ δὲ ἕτερος τοῦ φεύγοντος, ὁ ὅρος. ἀπορία. ζητήσειε Nil. f. 46 v.

417, 11 Δημοσθένης πεποίηκεν· W., Δ. ἐχρήσατο· ὅ τε γὰρ χορὸς Dem. 21, 26 — οὗσα⟨ν⟩ (in quibus τ' ante ἐσθῆς, et ἑτέραν om. Nil.)· ἔστιν ἡ λέξις οὕτως· ἔστι δὲ Nil. f. 46 r — v.

417, 24 ὁ φεύγων· W., ὁ φεύγων· καὶ γὰρ ἀπιθάνου ὄντος τοῦ ὅρου καταφρονήσαντες αὐτὸν μὲν ἐν ἀντιθέσει οὐ λαμβάνομεν, τὰ δ' ἡμέτερα βουλόμενοι πιθανώτερον εἰσάξαι εἰσάγομεν τὸν φεύγοντα ὡς ἐν ἀντιθέσει λέγοντα τὰ ἡμέτερα. καὶ γὰρ ὁ ὅρος τοῦ φεύγοντος ἢ πιθανός ἐστιν ἢ οὔ. εἰ μὲν ἀπίθανος, ὡς προείπομεν. εἰ δέ γε ἰσχυρὰ τυγχάνοι ὄντα τὰ παρειμένα, τουτέστιν εἰ πιθανός ἐστιν ὁ τοῦ φεύγοντος ὅρος, οὐκέτι παραπλησίως ὁ διώκων τῇ ἀντιθέσει χρήσεται τὰ πεπραγμένα λαμβάνων. ἐπεί τοι μένει τὰ παρειμένα, ὥσπερ ἐξ ἑνὸς μέρους ἰσχυρὰ ὄντα τῷ κατηγορουμένῳ Nil. f. 46 v.

417, 30 διασύροντες τὴν ἀντίθεσιν, W., διασύροντες οὕτως ἐν ἀντιθέσει λύομεν τῷ ἀνθορισμῷ Nil. f. 46 v.

418, 17 ἀποφυγεῖν. W., ἀποφυγεῖν. καὶ ποικίλλων αὐτὸ διὰ παραδειγμάτων, ὅτι τὰ χρήματα, ἂν ἐν δημοσίῳ κείμενα ᾖ, γίνεται δημόσια· ἂν παρὰ στρατηγῷ, γίνεται στρατιωτικά· ἂν ἐν ἱερῷ, γίνεται ἱερατικά, καὶ τὰ τοιαῦτα· ἰστέον δὲ καὶ τοῦτο ὅτι καὶ ἐν ἄλλῃ στάσει, ἡνίκα ἐμπέσοι ὁ ὅρος καὶ ἀνθορισμός, λαμβάνεται ὁ μὲν ὅρος ἐκ τῶν παρειμένων, ἐκ δὲ τῶν πεπραγμένων ὁ ἀνθορισμός· δεῖ δὲ καὶ τοῦ⟨το⟩ μὴ ἀγνοεῖν ὅτι ἐν τῷ τοῦ τυμβωρύχου προβλήματι τὸ 'τυμβωρύχος' δεῖ νοεῖν ἐπὶ τοῦ ἀποδύοντος νεκρὸν κατὰ τὴν ἐπικρατήσασαν σημασίαν· εἰ γὰρ πρὸς τὴν σύνθεσιν τοῦ ὀνόματος σκοποῦντες τὸ 'τυμβωρύχος' νοήσα⟨ι⟩μεν ἐπὶ τοῦ ὀρύσσοντος τάφον ἁπλῶς, ἀσύστατόν ἐστι τὸ πρόβλημα. ὡμολόγηται γὰρ ὅτι ὤρυξε τάφον, εἰ καὶ κενόν (ἢ καὶ καινόν Nil.). ἰστέον δὲ ἐπὶ τούτοις καὶ τοῦτο ὅτι τινὲς ἐν τοῖς κατ' αἴτησιν τὸν αἰτοῦντα φεύγοντα λέγουσι διότι ὑπὲρ ἑαυτοῦ λέγει, καθάπερ οἱ φεύγοντες. τινὲς δὲ τὸν αἰτοῦντα κατήγορον, διότι ὁ αἰτὼν ἐκ τῶν πεπραγμένων ὁρίζεται, καθάπερ ὁ κατήγορος.

περὶ συλλογισμοῦ. ὁ συλλογισμὸς συνάγει ἄμφω· μηδὲν γὰρ ἀλλήλων ταῦτα διαφέρειν ἀγωνιεῖται (Hmg 60, 8—9 R., ubi ταὐτα ante διαφέρειν cum Nilo Pλ). περὶ τοῦ συλλογισμοῦ ἔχομεν κεφάλαιον ζητῆσαι. καὶ πρῶτον ἡ ἐργασία αὐτοῦ. ὁ συλλογισμός, φησί, τὰ ἐν τῷ ὅρῳ παρειμένα καὶ τὰ ἐν τῷ ἀνθορισμῷ πεπραγμένα εἰς ταὐτὸν ἄγει ἀμφότερα· τοῦ γὰρ ὅρου ἐκ τῶν παρειμένων λαμβανομένου καὶ τοῦ ἀνθορισμοῦ ἐκ τῶν πεπραγμένων, ὁ συλλογισμὸς ἀμφότερα συνάγων δείκνυσι παραπλήσια καθεστάναι τοῖς παρειμένοις τὰ πεπραγμένα. οἷον ὅτι ταὐτόν ἐστι τῷ ἱεροσυλῆσαι καὶ τὸ ὑφελέσθαι πᾶν ὁτιοῦν ἐξ ἱεροῦ. καὶ γὰρ ὃ ὁρίζεται ὁ φεύγων πρὸς τὸ δεῖν κληθῆναι τὸ ἔγκλημα (ὄνομα Nil.), τοῦτο βιάζεται ὁ συλλογισμὸς τὸ πεπραγμένον δεικνύναι σημαίνειν καὶ ὅτι τοῦτό ἐστι καὶ οὐδὲν διαφέρει τόδε τι τὸ πεπραγμένον τοῦ μὴ πεπραγμένου· οἷον ὅτι ταὐτόν ἐστιν ἐξ ἱεροῦ καὶ ἰδιωτικὰ χρήματα ὑφελέσθαι καὶ ἱερά· τίς γὰρ οὐκ οἶδε τῶν καθεζομένων ὑμῶν ὅτι οὐδὲν διαφέρει τῷ ἱεροσυλοῦντι τῷ (τὸν Nil.) ἐντὸς ἅπαξ τῶν ἀνακτόρων καὶ τῶν σηκῶν γενομένῳ (γενόμενον Nil.) εἴτε ἰδιωτικὰ εἴτε ἱερατικὰ τυγχάνει τὰ χρήματα· ⟨πρὸς⟩ μόνῳ (-ον Nil.) γὰρ γίνεται τῷ (τῶν Nil.) ὑφελέσθαι τὰ εὑρισκόμενα, οὐδεμίαν τοιαύτην ποιούμενος τῶν ὁρωμένων διάκρισιν. καὶ συστήσει τοῦτο παραδείγματιν· ὥσπερ ἂν εἴ τις εἰς ναῦν εἰσελθὼν ἐπὶ τῷ (τό Nil.) τι τῶν κειμένων φορτίων λαβεῖν, οὐ διακρίνει, πότερον ἐμπορικόν ἐστιν ἢ ναυτικὸν τὸ εὑρισκόμενον, ἀλλὰ ἁπλῶς τοῦ[το] παραπίπτον⟨τος⟩ ἔχεται καὶ τοῦτο παρ' ἑαυτῷ ἐμπορικὸν ὀνομάζει τὸ φωρεῖον· οὕτω καὶ ὁ εἰς τὸ ἱερὸν εἰσελθών· μόνου γὰρ ⟨ἔχεται⟩ τοῦ λαβεῖν, οὐχὶ τοῦ διακρίνειν, πότερον ἰδιωτικόν ἐστιν ἢ ἱερατικὸν τὸ εὑρισκόμενον'. καὶ οὕτως μὲν τῷ συλλογισμῷ ὁ κατήγορος ἀποδεικνύει ὅτι τὸ ἀφ' ἱεροῦ λαβεῖν ἰδιωτικὰ ἢ ἱερατικὰ χρήματα ταὐτόν ἐστιν. ὁ δὲ τοῦ διώκοντος συλλογισμὸς οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ὁ τὸ λεῖπον καὶ τὸ πεπραγμένον εἰς ταὐτὸν συνάγων, ὡς ἐδείξαμεν. παρὰ δὲ τῷ φεύγοντι συλλογισμός ἐστιν ὃς τὸ λεῖπον καὶ τὸ πεπραγμένον διίστησι καὶ δείκνυσιν ἕτερον τὸ ἐγκαλούμενον. χρήσῃ δὲ καὶ δευτέρῳ συλλογισμῷ, ᾧ μάλιστα κέχρηται ὁ ἀντίδικος, διαιρετικῷ ὄντι τῷ ἐπιδεικνύναι (διαιρετικὸν τῷ ἐπιδεικνύντι Nil.) ὅτι πολὺ διενήνοχεν εἰς οἰκίαν ἰδιωτικὴν εἰσελθεῖν καὶ εἰς ἱερόν· ἡ μὲν γὰρ τῶν ἱερατικῶν κόσμων ἐστὶν ἔρημος οὔτε ναοὺς οὔτε βωμοὺς ἔχουσα, τὸ δὲ τοῦτον (τούτων Nil.) κατεσκευασμένον τὸν τρόπον καὶ ἐφόρους ἔχον τοὺς καθιδρυμένους δαίμονας πολὺ ποιεῖται πρὸς τὰς τῶν ἰδιωτῶν οἰκίας τὸ διάφορον. χρήσιμον ἡμῖν ἐστι καὶ τὸ πρὸς τὸ τέλος ἐπιχείρημα. ἐν γὰρ τῷ προβλήματι τοῦ ἱεροσύλου λέξει ὁ κατήγορος ὅτι διὰ τοῦτο κωλύομεν τὴν ἱεροσυλίαν γίνεσθαι ὅτι ὁ τοῦτο ποιῶν ἀσεβεῖ περὶ τοὺς θεούς. εἰ δὲ καὶ τῷ (τὸ Nil.) ὑφελέσθαι ἰδιωτικὰ χρήματα ἐξ ἱεροῦ τὸ

ἱερὸν ὑβρίζει καὶ εἰς τοὺς θεοὺς ἀσεβεῖ, δῆλον ὅτι ἱεροσυλία ἐστί. κέκληται δὲ ἐκ τοῦ τέλους τὸ ἐπιχείρημα εἰκότως διότι τὸν λόγον συνάγομεν ἐκ τοῦ ἀποβαίνοντος ἐξ ἑκατέρου ἀσεβήματος. χρειώδης ἡμῖν ἐνταῦθα καὶ ἡ ἔκφρασις μετὰ τῶν περιστατικῶν, οὐχ ὡς ἐν τῇ πηλικότητι, ἀλλὰ πρὸς κατασκευὴν τοῦ συλλογισμοῦ· ἐκφράσει γὰρ ὁ κατήγορος, τί γίνεται ἐκ τοῦ ὑφελέσθαι ἐξ ἱεροῦ ἰδιωτικὰ χρήματα· ὅτι πολλοὶ τοῦτον ἑωρακότες, πῶς τοὺς ἱερεῖς ὑποκλέψας ὑφείλετο τὰ ἰδιωτικὰ χρήματα, ὑποκλέψουσι (-πτ- Nil.) καὶ αὐτοὶ πρὸς τὸ ὑφελέσθαι ἱερὰ χρήματα. εἰ τοίνυν ἐκ τοῦ ὑφελέσθαι τοῦτον ἰδιωτικὰ χρήματα ἐξ ἱεροῦ καὶ τὰ ἱερὰ χρήματα λυμαίνονται, δῆλον ὅτι ἱεροσυλία ἐστί. καὶ ἰδοὺ ἔχει περιστατικὸν τὸν τρόπον, ποίῳ τρόπῳ ὑφείλετο. χρησόμεθα δὲ καὶ τῷ ἐκ τοῦ ἐναντίου ἐπιχειρήματι· ὅτι εἰ τοὺς εὐσεβεῖς περὶ τὸ θεῖον τιμῶμεν. δῆλον ὅτι τοὺς ἀσεβοῦντας ἄξιον κολάζειν Nil. f. 47 r — 48 v.

420, 24 ὁ συλλογισμός· W., συλ-ός· λέγοντος γὰρ τοῦ φεύγοντος καὶ ὁριζομένου ὅτι πλῆξαί ἐστι τὸ προσενέγκαι τὰς χεῖρας τῷ σώματι, ὁ μὲν ἀνθορισμὸς ἀπαντᾷ κατὰ ἔνστασιν, λέγων ὅτι κακῶς ὡρίσατο ὁ φεύγων· καὶ τὸ ἐπανατείνεσθαι γὰρ πλῆξαί ἐστιν, ἢ ὁ μὲν ἀνθορισμὸς Nil. f. 48 v.

421, 13 παρειμένοις· W., παρειμένοις ὄν, οὐκ ἐν τοῖς πεπραγμένοις. ὁ δὲ συλλογισμὸς ἐπὶ τοῦ ἑτέρου παραδείγματος ἐναντιοῦται μὲν καὶ ἀπαντᾷ κατὰ ἀντιπαράστασιν, ὅτι εἰ καὶ θῶμεν ὅτι καλῶς ὡρίσατο ὁ φεύγων, ἀλλ' οὖν ταὐτόν ἐστι τῷ πλῆξαι τὸ ἐπανατείνασθαι· οὐδὲν γὰρ διαφέρουσι. δευτέρα δὲ διαφορά, ὅτι ὁ μὲν ἀνθορισμὸς ἐκ τῶν πεπραγμένων μόνον λαμβάνεται, ὁ δὲ συλλογισμὸς ἐκ τῶν πεπραγμένων καὶ ἐκ τῶν παρειμένων, εἴ γε συνάγει ἄμφω. ἀπορία. τρίτον κεφάλαιον. ἠπόρησάν τινες πῶς Nil. f. 49 r.

(reliqua proxime sequentur)

Vratislaviae.